



Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

L. l. 9
M. M. 6 10



33 251.
Quod felix faustumq; esse jubeat
SACRO SANCTA TRIAS!

Ex Decreto atque Autoritate
Magnifici & Nobilissimi JCTORUM Ordinis
in Illustrissimâ ad Albim

WITTEBERGENSI,
PRÆSIDENTE

Viro Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo,

DN. CHRISTOPHORO WACKEN,

J. U. D. & P. P. Curiaë Provincialis, Scabinatus &
Facultatis Juridicæ Adfessore, nec non Illustrissi-
mæ Celsissimæq; Principis, Viduæ Anhaltinæ in

Coswick &c. Consiliario,

Dn, Fautore Promotore ac Præceptore suo
æternum colendo

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
JURIDICAM

DE

JURE SEPULTURÆ,

Pro

CAPESCENDIS SUMMIS IN UTROQUE JURE HONO-
RIBUS, & PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

In Auditorio Majori, ad d. Augusti,

Horis ante & pomeridianis

Publico Eruditorum Examine sistit

JUSTUS BERNHARDUS Hoyer /

Herfurtensis Westphalus.

WITTEBERGÆ

Stanno MICHAELIS Wendt / ANNO MDC XLVIII.

2. 99

VIII

Die Kunst der
SACRO
MAGIA

Die Kunst der
MAGIA
SACRO
MAGIA

Die Kunst der
MAGIA
SACRO
MAGIA

WITTEBEE
Stando Michaelis Anno MDCXLVIII



753

IN NOMINE JESU!
DISSERTATIONIS INAUGURALIS
DE
JURE SEPULTURÆ
PRÆLOQUIUM.



Epulturam juris quodammo-
do naturæ, & gentium institu-
tutum esse antiquissimum, sa-
cræ subindè denotant paginæ, &
omnis abundè testatur historia.
Varij enim licet defunctorum
cadavera condendi mores vari-
as apud gentes usitati fuerint,
quos ordine profequitur Alexand. ab Alex. *Gen. dior.*
lib. III. c. 2. per tot. Cic. Tuscul. quest. lib. 1. de contemn. mort. n.
45 & seqq & novissimè B. Joh. Gerhard. Theol. loc. tom.
VIII. rubr. de morte & quest. Polit. dec. VIII q. 9. nec non in-
venientur, qui planè sepulturam susque deque habue-
runt, quemadmodum eorum exempla passim recenset
Jun. quest. Polit. CIX. Tamen vetustissimus undiquaq;
humandi mortuos gentibus mos fuit, uti testatur Plini-
us in hist. mundi lib. VII. c. 54 allegatus ab Hug. Grot.
tr. de Jur. belli & Pac. lib. II. c. 19. §. 2. Et juri gentium id
demum, quod apud omnes gentes, vel certè plerasque,
quæ ductum rectæ rationis sequuntur, usitatum, ad-
scribendum est. Petr. Faber Semestr. lib. XI. c. 1. p. 7.
Namque; etiamsi quidam tam barbari & incultis in-
venientur moribus, sepulturam ut negligant, ea tamen

PRÆLO-
QUIUM.

A

juris

juris gentium propterea esse non desinit, non magis at-
 q; mel desinit esse dulce, eò quod corrupto sensui vi-
 deatur amarum, quo de adiri potest Arist. *V. Ethic. c. 7. &*
lib. X. Ethic. 3. Etenim jus naturæ dicitur sepeliendos
 esse mortuos. Quo nomine se excusavit Antigone,
 Oedipodis Thebanorum Regis filia, apud Creontem
 Regem, quod contra ipsius Edictum Polonyci & Oeto-
 cli cadavera sepulturæ mandasset, dicens, *Sepelire mor-*
tuos esse de jure natura, & juri natura magis obœdiendum
quam Regi, uti ex Statio refert Tiber. Decian. *tract. crim.*
lib. VI. c. 40. n. 5. Si exempla Patriarcharum intueamur,
 Abrahamum, mortuâ Sarâ, de eâ sepeliendâ maximè
 sollicitum fuisse legimus *Gen. c. xxiii.* Quadringentis
 namque siclis emit ab Ebron sepulchrum sibi & toti
 familiæ, in quo (si Hieronymo fides habenda) sepul-
 ti tres Patriarchæ cum tribus uxoribus suis, Abraham
 & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lia, præter ipsum A-
 damum & Evam, sicuti recensentur in *c. Ebron. 2 caus. 13.*
q. 2. ut prætereamus alia infinita in jure Divino exem-
 pla, quæ ex Gerharo collegit Finckelthaus *conclus. sepul.*
1. in pr. Quin imò, tanti semper apud gentes sepultu-
 ra habita, ut ne hosti quidem denegata fuerit ! Ita
 Athenienses decem imperatores, & quidem à insigni
 victoriâ redeuntes, quod cœsos navali pugna, maris li-
 cet sævitiâ interpellante, in mare projecerant, capitis
 supplicio affecisse, autores sunt Diodor. Sicul. Thucid.
 & Valer. Maxim. *lib. IX. c. 8.* Qui & tantæ hanc gentem
 religionis fuisse testantur, ut, cum peremptorum cor-
 pora, integra habere non posseut, maximam adhibue-
 rint curam, ut illorum ossa & disjecta membra, pas-
 sim strata exquirereut & humo tegerent; adeò, ut Ni-
 cias cum exercitu iter faciens, ne duorum militum in-
 humata

755

humata cadavera relinqueret, totum subsistere agmen,
donec humarentur, voluit, de quibus Petr. Faber.
1. Semestr. p. 8. & seqq. & III. Semestr. 13. Hugo Grot. *de ju-
re belli & pac. lib. II. c. 19. & annot.* Romanis (quantum-
vis L. Terquinius Rex, socerum sepeliri noluerit, quo
nomine SUPERBUS appellatus est, teste Livio *lib. 1.*)
hoc jus sanctum semper atque inviolabile fuit, in tan-
tum, ut non minus de sepulchris, imò magis quam de
habitationibus solliciti fuerint: caventes, ne ullo mo-
do polluerentur, aut ex gente, quamvis suâ, nefarius a-
liquis infereretur; quemadmodum Augustum Cæsa-
rem non passum in suo JULIAM stupris nobilem
humari, licet ei testamento legaverat, notat Dio Cassi-
us *lib. LV1. hist. Rom.* Quocirca Leges id concernen-
tes quamplurimas, referente Tullio *II. de LL.* tulerunt,
quæ partim hodiè extant & à nobis utpotè Chri-
stianis, custodiuntur. Et meritò: Si enim il-
li mortuos coluerunt & tam multas tamque va-
rias sepulchrorum ceremonias posteris tradi-
derunt, quod cognitum perspectumque haberent,
vigere animam in morte, nec quanquam corpus occi-
dat, hominem ipsum penitus evanescere, uti præclare
differit Cic. *in complat. quæ habetur in oper. suis tom.
IV. &* si ob reviviscendi promissum adservanda cor-
pora docuit Democritus, tradente Plin. *lib. VII. c. 55.*
Quantò magis, qui Christianorum nomina profite-
mur, defunctorum corpora honestè terrâ condimus.
c. non æstimemus. 13. q. 2. Utpotè qui ea non solum mem-
bra Christi, *Epbes. V. 30* & habitacula spiritus S. *1 ad Cor.
III. 16. c. VI 19* pretioso ejus sanguine redempta, *Rom. V.
9. 1. Pet. I. 18. 19.* Sed in spem futuræ resurrectionis se-
poni novimus Petr. Greg. Tholos. *Syntag. Jur. univ. lib.
II. c. 13. n. 1.* Mortem enim non esse humanæ vitæ con-
fectri-

fectricem, nec ex ea sequi interitum, sed potius ad a-
 liam multò feliciorē vitam ducem existere, quoti-
 diè edocemur. Quia igitur hæc materia sepulchra-
 lis nobilissima & extra omne dubium cognitu necessa-
 ria est, quæ in jure nostro varijs sub titulis dispersa ha-
 betur; Operæ nos pretium facturos existimavimus,
 si eam Inauguralis Differtationis Loco, pro ingenij
 modulo & temporis angustia elaboratam, compendio-
 sâ aliquâ methodo exhiberemus. Quod dum cona-
 mur, melioris ordinis causa, sequentia de eâ notabi-
 mus. (1) Notationem (2) Homonymiam ⁷⁵⁸
 (3) Synonymiam, ⁷⁵⁹ (4) Definitionem ⁷⁵⁹ (5) Di-
visionem. ⁷⁶³ (6) Adquisitionem ⁷⁷² (7) Conserva-
tionem. ⁷⁹² (8) Remedia pro jure sepulturæ
competentia ²⁹⁵ (9) Forum ubi de eo agi oport-
eat. ⁸¹⁴ (10) Affinia. ⁸¹⁶ Tandem. (11) Contra-
ria. ⁸²²

Eaq; si quis in dubium vocaverit, illum scire vo-
 lumus, nos libertate Academicâ fretos, veritatis in-
 dagandæ causâ hæc publico Examine subjecisse. Si
 alicubi error commissus, aut si quid minus rectè à no-
 bis dictum fuerit, BENEVOLUS LECTOR, uti spera-
 mus, facile eâ parte nobis ignoscet, imò se quoq; ho-
 minem esse cogitabit. Omnium enim habere memo-
 riam & in nullo penitus peccare, divinitatis magis est
 quam mortalitatis, ceu loquitur Justinianus in *Confir-*
matione ff. ad magn. Sen. §. si quid 13. & l. tanta 2. §. si quid 14. C. de vet
jur. enucl.

APHO-

757.

APHORISMUS. I.



Um antequam perveniatur ad nigrum, prius rubrum, uti Dd. loquuntur exponi debeat, isq; scribendi modus in Jure usitatissimus sit, secund. Paul de Castro. *in l. i. n. 2. per illum textum*, ibi priusquam ad materiae interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre necesse est, ff. *si cert. pet. Coler. de Proces. Execut. in pras. n. 7.* Ne & nos prius determinemus, quam terminos, (qui sunt instrumenta rerum significativa, ut ex Platone tradit Arum. *dis. Fen. l. 9. 21.*) intelligamus, quod turpe habetur, referente Hering. de Fidejuss. *c. 2. n. 4.* pro meliori tradendorum intellectu, tractationem hanc à nominis notatione incipimus. Quantum igitur vocabuli Sepulturæ Etymologiam attinet, cunabula ejus à variis variè deducuntur. Notandum tamen in principio hic est, etsi differat sepultura à sepulchro, quod scilicet, sepultura sit funus ipsum & exequiæ, comprehendatq; omnia ea, quæ ratione curandi funeris fiunt, antequam condatur: Sepulchrum verò ipsum monumentum sit, sive arca, in quâ reconditur corpus, distinguente ita Paulo in *l. i. §. ult. verb.* nec ita monumenti ædificationem necessariam esse, ut sit funus aut sepultura. ff. *ad l. falcid. facit l. & si quis 14. §. 3. & seq. ff. de religio.* Decian. *tract. Crim. lib. VI. c. 40. n. 6.*: Non rarò tamen hæc verba confundantur. Jcti enim multifariam sepulchralium meminerunt ceremoniarum, hoc est, rerum, quæ pertinent ad funerationem ejusq; impensam, structuramq; sepulchrorum. Unde tituli in D. & Codice de Religiosis & sumptibus funerum, ac sepulchro violato: Item in jure Canonico titulus de sepulturis; quibus in locis de sepulchro & sepultura promiscuè tractatur. Simon Schard. *in Lex. Jur. verb. sepulchrum.* Undè & nos hiscè vocabulis sæpiusculè pro ratione materiae, promiscuè usuri sumus. Dicta igitur sepultura, uti & sepulchrum, à sepeliendo, sicut tinctura à tingendo, simulachrum à simulando. Se

ETYMOLOGIA.

pelire autem, à verbo Sepio derivatum videtur, quia cadaver terrâ, vel aliâ materiâ, quasi sepe quadam circumdatur. Quod vero quidam cum Petr. Gregor. Tholos, *Syntag. jur. lib. 33. c. 23. n. 3.* hæc vocabula à seorsim & pulchro, propter recordationem doloris, aut ob factorem, qui illo concluditur: vel à semis, quia pulchrum superficie, intus ossibus plenum sit, sive quod sine pulsu sint, id est mortui, aut sine re pulchrâ, seu denique à separando, quod illic animæ à vivis separentur, deducunt & derivant, id minus rectè se habet. Calvin. in *Lexic. jur. d. voc. Sepulchrum*, & alij passim.

II.

HOMONY-
MIA.

Præmissâ vocabuli Etymologia, consideranda ejus Homonymia est. Vocabulum enim hoc *πολύσημον* ab æquivocatione liberandum. Sumitur autem in jure & apud Dd. quatuor potissimum modis: (1.) pro ipso sepulchro, vel ut cum Hostiens. loquamur, pro loco sive terrâ in qua fit Sepultura *c. abolendæ 13. in verb. effodi sepulturam X. de sepultur, c. aurum 70. ibi*, in sepulturis Christianorum, requies defunctorum est. *Caus. 12. q. 2.* quo sensu dicitur Sepultura familiæ, Germanicè, *Ein Begräbnis / Erbegräbnis* & c. (2.) Pro tumbâ marmoreâ vel lapideâ. Hostiens. in *summ. lib VI. tit. de sepulturis. 31.* Quo sensu sepultura ab Ennio portus corporis appellatur his, versibus:

*Neque Sepulchrum, quo recipiat habeat, portum corporis
Ubi remissâ humanâ vita, corpus requiescat malis.*

Cic. Tuscul. 1. Decian. tr. Crim. lib. VI. c. 39. n. 5. (3.) Pro officio quod impenditur sepeliendis, *c. non satis 8. & c. seq. X. de Simonia. c. dictum est, 105. caus. 1. q. 1.* Petr. de Ubald. *de Canonic. Paroch. & Episcop. c. 12. n. 5.* Eberh. Speckhan. *c. 1. q. 6 (4)* Pro ipso actu & depositione, seu formâ solennibusque Sepulturæ *L. locum 2. §. 3. & 5. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 40. ff. eod.* Unde Plinius: *Post Sepulturam alie manium ambages sunt & Cic. Phil. 9. Simors legati sine cæde atque ferro nullum honorem desiderat, cur decerint honorem Sepulture qui maximus habetur mortuo.* Et eo nomine dicuntur

759.
cūntur impensæ sepulturæ sive funebres. Vide sis Hostiens. in
sum. loc. alleg. & ea significatio hujus loci est.

III.

Quæ eam Græci $\tau\alpha\phi\eta$ à $\tau\alpha\phi\eta\tau\omega$ & $\epsilon\nu\tau\alpha\phi\iota\alpha\sigma\mu$ vocant. **SYNONY-**
Latinè sepelire, in sepulchrum inferre. Calvin. Schard. in *Lexic.* **MIA.**
verb. sepelire. Communiter, humatio, funus, exequiæ, Calepi-
no & alijs Lexicographis dicitur. Cic. 1. *Tusc. quest*: *Cujus hoc dicto*
admoneor ut aliquid etiam de humatione & sepultura decendum existi-
mem. Memoria etiam humanæ conditionis appellatur Mode-
stino. *l. in quidam 27. ff. de condit. instit.* Nos in vernaculâ linguâ,
ein Leiche / Begräbnis / Leichbestättigung / beerdigung appella-
mus; à quibus & Gallicum vocabulum, Enterrement, deductum
videtur.

IV.

Inque eâ significatione definimus ita: Sepultura, est iilatio **DEFINITIO.**
cadaveris humani, in locum licitum, ut ibi perpetuò maneat arg.
l. locum 2. §. sepulchrum 5. ff. h. t. Finckelth. de sepult. tb. i. in init.

V.

Res igitur quæ sepulturæ traditur, corpus seu cadaver de-
functi hominis est: Vel etiam ossa, si nihil amplius supersit. *l. 2.*
§. 2. ff. de relig. Viventes enim sepelire, propter humanitatem,
mansuetudinem, misericordiam, religionem, pietatem, clementi-
am, benignitatem, unde sepultura, juxta Cic. *in orat. pro Quint. Va-*
ler. Maxim. lib. V. c. 1. Senec. de Benefic. lib. V. c. 20. & alios quos
recensent Hug. Grot. de jur. belli ac pac. lib. II. c. 19. n. 1. Petr. Faber.
lib. II. semestr. c. 1. & III. semestr. c. 13. oritur, regulariter prohibe-
mur. Hinc est quod mulierem gravidam, antequam partus ei
excidatur, humari neget lex Regia. Marcellus. *l. 2. ff. de mort. infer.*
adde l. imperator 18. ff. de stat. homin. l. 3. ff. de poen. ne spes ~~animæ~~
tis cum gravidâ perimatur. Partum enim extinctâ matre aliquan-
do supervivere, notabile exemplum est apud Valer. Maxim. *l. c.*
ult. qui Gorgiam quendam in funere matris suæ utero elapsam, &
in opinato vagitu suo, lectum ferentes consistere coegisse: & ita
matrem fato functam peperisse, Gorgiam, ante elatum quam na-
tum fuisse refert. Vid Gothofr. *ad l. 1. §. 1. ff. de ventr. in posses-*
mitt.

animæ

mit. Quod autem quidam vivi in terram defodiantur, id vel crudele semper habitum, quemadmodum Domitianus Titium fratrem suum adhuc spirantem, succedendi cupiditate in loculum misisse ex Nyceph. lib. III. c. II. refert. Petr. Grogor Tholos. de Republ. lib. XIII. c. 8. sect. 12. vel in pœnam saltem enormium vitiorum omni ævo statutum fuit. Idque de jure Divino exemplum Coræ, Dathani & Abironis, quos terra vivos absorbuit, comprobare videtur. Deut. XI. Num XVI. Apud Romanos ejusmodi pœna in virgines vestales, in incestu compertas, sancita erat. Quæ enim tale quid commiserat, victa per medium forum efferebatur ad portam Collinam, ubi inter muros tumulus vestalium impudicarum, in qua parva caverna erat subterranea, ad quam scalis per foramen descendebatur, quove dimittebatur: Et postea terrâ injectâ, fossâ opplebatur usq; ad operculum, notante Dionys Halicarnas. in I. Pompon. Lato. lib. de Sacerdot. & vestal. Henrici XIX. Francorum Regis similis ferè lex est: *Ut Princeps sub Rege Francorum in potestate constitutus Ducali, si volens introitum hostibus permiserit, sepeliatur vivus, aut capite puniatur.* Joan. Tritem. lib. I. Breviar. Histor. Franc. & post eum Petr. Greg. Tholos. Synt. Jur. univ. lib. XXXV. cap. 5. n. 13. Nostris moribus hodiernum ejusmodi pœnam super esse, eâq; infanticidas affici, indicio est Nemesis Carolina art. 131. in verb: *Welches Weib ihr Kindt / das Leib vnd Gliedmassen empfangen hat / heimlicher / boshafftiger / williger weise ertödtet / die werden gewöhnlich lebendig begraben vnd gepfaleet / & ibi, Wo aber solches übel oft geschehe / wollen wir die gemäldten gewöhnheit des vergrabens vnd pfelens / umb mehrer forcht willen solcher Boshafftigen Weiber auch zulassen.* Math. Wes. ff. ad l. Pomp de parric. n. 5. vers. Hodie. Et comprobat jus Saxonicum, Weichb. tit. von dem Incest mit dem Ehebruch col. 3. Us. ertrincken oder lebendig Begraben / col. 4. Us. vnd also nach art vnd gebrauch dieser Lande. fol. 150. col. 2. Dan. Moller. ad Const. Elect. p. 4. const. 3. n. 16. Licet id hodiernis tēporib9 aliter observari testetur Dn. Carpz. pax. Crim p. 1. p. 9. n. 25. & seqq.

VI.

Quantumvis autem Sepulturæ, in brutis animantibus, si Historicis credimus, *παρὰδειγµατα* quædam inesse videantur: De

767

De Delphinibus enim apud Ælianum in Historia extat; Delphines gregalium suorum mortuorum curam & memoriam non abjiciunt, tanquam eorum proditores: Sed suum mortuum efferunt, eum confertim humeris portant, humi eum depositum, hominum fidei mandantes, quo eum sepeliant. Cujus & Aristoteles testis. & paulo post: Sequitur & alia delphinorum multitudo, quæ veluti eum honore prosequitur, aut certè ut propugnet si aliquis alius ex cæterorum genere piscis accurreret, ut abreptum eum voraret lib. XII. de anim. c. 6. Idem de formicis refert: Natura sapientissima, inquit, ipsis attribuit, ut curent suarum cadavera efferre, suaq; lustra purgare; siquidem hoc etiam brutis animantibus proprium, cito è conspectu suo summovere cadavera sui generis & speciei. lib. V. c. 49. & lib. VI. c. 43. allegatus ab Patr. Fabr. Semestr. lib. III. c. 13. Ita de apibus Virgilius.

—————
tum corpora luce carentem
Exportant tectis & tristia funera ducunt.

Hug. Grot. d. lib. II. c. 19. in notis. §. 2. Tamen cadaver HOMINIS sepeliendi affectus, naturalis quidem, non tamen omnibus animantibus, sed soli homini à naturâ insitus est, ac soli humano cadaveri debetur. Humanitatis namque, (vel ut Ulpianus l. & si quis 14. §. 7. ff. de relig. loquitur) affectionis hoc officium est, quod sicuti sibi quis cupit exhiberi affectu isto scilicet, quo carnem suam naturaliter diligit, ita & alteri præstat. Neq; id absq; ratione. Præterquam enim quod indignum esset, ut hominis (qui cæteris animantibus præstat,) corpore alia animantia pascerentur, ipsa honestas non admittit, ut probro afficiatur corpus humanum, si post mortem nudum diffluat, & arcana ejus omnibus conspicua exponantur, Soliq; ostendatur quod dedecori humanæ est naturæ. Unde sepeliendi officium, non tam homini, id est personæ, quam humanitati h. e. humanæ naturæ præstari dicitur. Hug. Grot. d. lib. II. c. 19. n. 2. Ipsa deniq; suadet Christiana charitas sive pietas, cujus primum in Sepultura locum esse voluerunt, qui de eâ scripserunt Servius vetustus Grammaticus ad Virg. III. Æneid. Petr. Faber. d. L. II. c. 1. p. II. Tiber. Decian. tr. Crim. lib. VI. c. 40. n. 29. Quamobrem & hi affectus (qui tamen brutis animantibus non sunt communes nec in ea cadunt) indistinctè hominibus, solis tamen competunt, inq; nostra potestate sunt. Rectè propterea ille apud Senecam: *Quamvis*

B

filius



*filiusfamilie sim; licet mihi stipem porrigere mendico, & humum
cadaveri. Sanè, (ut prætereamus quæ de multiplici sepulturæ
utilitate deducit Cardinalis Bellarminus lib. II. de Purgatorio c.
ult.) nos ut Christiani, potissimum honestè condendi corpora
mortuorum morem, ad spem resurrectionis referimus juxta
illud Prudentij:*

Quidnam sibi Saxa cavata?

Quid pulchra volunt monumenta?

Nisi quod res creditur illis

Non mortua sed data somno.

Quâ solâ de causâ neque brutis animantibus hâc spe destitu-
tis *Phil. III. V. 21. i ad Cor. XV. 21. c. non estimemus 19. c. 13. q. 2. no-
biscum communis. Tib. Decian. d. c. 46. n. 29.*

VII.

Cæterum, Sepultura sive illatio defuncti, eo animo fieri de-
bet, ut corpus non ad tempus aliquod in locum aliquem depona-
tur, sed ut ibidem sepulturæ causa perpetuò maneat *l. 39. & l. 40.
ff. de relig. & sumpt. fun.* Sepelire namq; mortuum, nihil aliud est,
quam æternam sedem corpori dare *arg. l. 10. C. eod.* Siquidem, quæ
ad tempus alicubi sunt, ibi esse non intelliguntur. *text. elegans in
l. ex facto. 35. §. rerum 3. ff. de hered. instit. l. si fundus 44. ff. de leg. 3.*
Quocirca corpora defunctorum, eo casu, ut ibi perpetuò mane-
ant illata, sine Principis consensu, vel Pontificis permisso effodi
vel erui, aliove transferri, absque pœna sepulchri violati non pos-
sunt *l. prætor. ait. 3. §. 4. vers. Divus tn. Marcus ff. de sep. viol. l. ossa
8. in pr. ff. de relig. l. nemo. 14. C. eod. l. ult. ff. de sep. viol.* Excel-
lentiss. Dn. Frantz *Comment. ad tit. ff. de relig. n. 10. Ampliss.*
Dn. D. Meelbaum Præceptor ^{quondam} ~~quondam~~ in Illustri Juliâ meus,
disp. inaug. de foro competente th. 65. Et quod magis est, lapsa
& corrupta monumenta reficere non licebat, nisi Pontificis per-
missu, & eâ conditione, ne corpora tangerentur: Tantum
igitur abest, ut sepulchri conditionem deteriorem facere permitta-
tur, quam meliorem facere non licebat. Sepulchrum enim ter-
minus mortuorum est. Quod si ergo agrorum finiumq; termi-
nos movere pro piaculo haberetur, quanto magis defunctorum?
Ærodius Rerum judicat. lib. VI. tit. 9. c. 1. Christoph. Befold.

vit. &

763.

vit. & mortis confid. lib. III. c. 1. p. 102. Hinc olim narratur orta seditio, cum Macedonius Arrianus invitâ magnâ parte populi, propriâ autoritate arcam, in quâ continebantur ossa Constantini Magni, de domo, in quâ antiquitus seposita erant in Ecclesiam transtulisset. Quamobrem indignatus etiam Constantius Imperator. (licet ipse quoq; esset Arrianus) Cum, quod in istâ seditione multi occubuerant, tum quia Macedonius corpus patris ejus absq; ipsius consilio transtulerat. Socrates *lib. V. Historie Tripart. c. 32.* Pet. Greg. Tholos. *Syntagma. jur. univ. lib. II. c. 14. n. 2.* Corpora autem non perpetuæ sepulturæ causa reposita, transferri in locum alium possunt, ut ibi perpetuò maneant *l. 3. §. non perpetua 4. ff. de sep. viol.* quod & quotidie apud Illustres & Nobiles personas observari videmus.

VIII.

Hiscæ jam prælibatis, ut ad SEPULTURÆ DIVISIONEM DIVISIO. deveniamus, eam consideramus dupliciter: vel in genere vel in specie.

IX.

In genere considerata duplex est: aut Honesta, aut Ignominiosa. Hanc vocamus, ubi omnes omninò solennitates omittuntur, quæ & Canina sive asinina appellatur. arg. text *Ierem. XXII. 19.* Ciceroni insepulta dicitur, de quo latius infra. Illa est, quando defuncti cadaver, cum ceremoniis ac ritibus, pro loci cujusq; consuetudine solennibus, terræ demandatur.

X.

Meritò autem unius cujusque loci consuetudinem hic attendimus. Varii enim varias apud gentes sepeliendi mortuos inveniuntur modi, (de quibus B. Gerhard. *Theol. loc. tom. VIII. rubr. de Morte. cap. 7. n. 78.*) ac ceremoniæ, quas recensent Alex. ab Alex. *III. Gen. Dier. cap. 2 & 7.* Kirchm. *tract. de Funer. Romanor. Kornman. de Morte p. VII. c. 34. & seqq.* Joh. Rosinus, ibique Tempsterus *de antiq. Rom. lib. V. c. 39. & seq.* Dn. Frantz. *ad tit. ff. de relig. & sumpt. fun. ubi ex Lipsio, divites olim deportatos fuisse lecticâ, tenuiores Sandapilâ, cui subjecti fuerint quatuor homines refert. Schonbor. Polit. IV. c. 5. qui usum taciti & inductivi funeris ostendit.* Late Besold. *inmert. & vit. conf. lib. III. c. 3. pr.*



De sepultura Imperatorum agit Julius Cæsar Bulengerus *l. III. de Imperatore. c. 19.* & speciatim de Caroli Magni apparatu funebri Dn. Limnæ. *de Jur. public. lib. II. c. 12. n. 6.* qui adiri possunt. Nobis ea, ob rationem temporis & instituti, hic prosequi non licet. Sufficiat hic loci & in terris Saxonis, à Serenissimo Electore Augusto, certa quoad sepulturam Cõstitutio, promulgata Anno. 1580. tit. *General Articul c. 15. von Tõdten vnd Begreb- nüssen/* modum sepeliendi mortuos præscribens, quam etiam, sicuti totam ferè illam ordinationem Ecclesiasticam in inferiori Saxonia, aliisque locis, ubi orthodoxa viget Religio observari, experientia testis est. Illud non prætereundum, quod non statim sepeliendi mortui sint. Accidere enim potest, ut in quibusdam anima nonnunquam delitescat, præsertim, qui apoplexia, aut morbo comitiali, uteriq; strangulatione suffocantur: Quemadmodum Zeno Imperator morbo comitiali arreptus, mortuus videbatur, & vivens sepultus fuit. Satellites, qui ad sepulchrum, in quo repositus erat, custodiendum erant collocati, retulerunt, se per duas noctes lamentabilem audivisse vocem ex sepulchro clatam: Misere mihi & aperite mihi. Cumque illi, alium jam imperare respondissent: Nil inquit curo, in Monasterium me abducite. Sed cum ab uxore prohibiti custodes non aperirent; ferunt, aliquantò post monumentum fuisse reclusum, inventumque in eo Zenonem, qui præ fame suos ipse manducarat lacertos & caligas quas gestabat. Cluver. *Epit. Histor. in vita Zenonis. p. m. 392.* Kornm. *de mirac. mortuor. part. II. cap. 16.* Befold. *d. tr. c. 2. n. 2. in fin.* Idq; in terris Saxonie constituit ordi- natio Ecclesiastica *General Articul XV. in verb.* Do jemand von Gott durch Kranckheit vnd tödtlichen abgang von diesem Jam- merthal abgefördert würde / sol derselbe nicht alsobaldt begraben / besondern zum wenigsten zwöiff Stunden daheim im Hause behal- ten werden / in betrachtung / das ezliche durch geschwinde Kranck- heiten oder ohnmacht etwan also schwach / matlos vnd verzückt / das sie vor todte Menschen angesehen / vud doch gleich wol über ez- liche stunden wiederumb sich erholen / verstendig vnd lebendig werden. Hincque mortui olim calidâ abluebantur & per inter- valla conclamabantur Kornm. *d. tract. p. VII. c. 56.*

XI. O.

Obiter illud circa sumptus, qui in funere ducendo adhibentur, notandum venit; Olim L. XII. Tabular. de ijs statutum fuisse, uti constat ex Hottom. & Rittershus. ad easdem, & quidem *claf. c. 4. & seqq.* adde *Ærod. rer. judic. lib. III. tit. ult. c. 3.* Nos brevitate studio, duplici regulæ hæc includentes, generaliter statuimus ex *l. si quis 12. §. pen. ff. de relig.* Quod sumptus fueris pro facultatibus & dignitate defuncti, h. e. si tenuior sit, ne excedant modulum patrimonij, si locupletior; ne nimis exigui & in contumeliam defuncti tendant, arbitrandi, id est, æstimandi (verbum enim hoc deponens, passivè, ut & tueri in *l. filio 17. in fin. ibiq; Gothofr. lit. X. ff. de injusto rupt. irritog. test.* Dn. Frantz. *ad d. t. n. 22. accipitur*) sint *Wel. π. ff. h. t. n. fin.* Idque ex bono & æquo *l. etsi 14. §. 10. ff. h. t.* Si testator de ijs nihil disposuit *l. hereditas 50. §. 1. ff. de hered. petit.* *Garz. de Expens. c. VIII. n. 2. Berlich. p. 1. concl. præct. 64. n. 91.* Quod si enim defunctus justum & legitimum præscripserit sepeliendi modum, & sumptuum erogandorum quantitatem, meritò voluntas ejus custoditur *Nov. 22. c. 2. vers. disponat.* Nihil enim est, quod magis hominibus debeat, quam ut supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt,) liber sit Stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium *l. i. C. de SS. Eccles. Anton. Tesauro. dec. 270. n. 4.* Ubi verò amplius quid in funeris impensam, quam conditio ejus fert, impendi jufferit, meritò ut in præjudicium legatorum & Creditorum vergens non attenditur. *l. servo. 113. §. inceptas. 5. ff. de leg. 1. l. & si quis 14. §. 6. vers. quid ergo. ff. de relig.* ut ut licet ultima voluntas alias favorabilis sit. *§ sed si olim 2. §. de legat. l. 5. ff. test. quemad. aper.* Dn. Carpzov. *7. Forens. Sax. p. 1. const. 28. def. 42. n. 3. Garz. de Expens. d. c. VIII. n. 1.* Idquè in tantum procedere, etiam si patrimonium amplum satis sit, adhuc tamen, ambitiosæ voluntati defuncti minimè parendum esse antumat *Finckelth. de sepult. conclus. 66.* Funera namq; sic ducenda sunt, ut dolor esse funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur in *Cod. Theodos. tit. de relig. & sumpt. fun. constitutum legimus Goed. ad l. 202. ff. de V. S. n. 5.*

XII.

Altera & quidem specialis hæc traditur regula *d. l. 14. §. 5. ff. de relig.* Quod non oporteat ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines simpliciores facere solent, etiam, quando ita defundi voluerunt, quorum voluntate tanquam ineptæ non attenduntur *l. 113. §. fin. ff. de legat. 1. l. final. §. fin. ff. de aur. & arg. leg.* Simile de vestibus iudicium est. Neque id sine ratione, & S. Scripturæ autoritate. Nudum enim hominem in mundum intrasse, nudum inde abiturum extat, *Sapient. VII.* Elegantes sunt versus Lucretij, *lib. V.*

*Nudus humi jacet infans, indigus omni
Vitali auxilio, cum primum in luminis oras
Nexibus ex alvo matris, natura profundit.*

Nudus ergo & moriens, de omnibus quæ in hac vitâ habuit, præter amiculum ferale nihil secum ferat. Nec enim in arenam descendit, ut festivitates & choreas ducat, sed à vermibus consumatur, inquit Anton. de Guavarra *lib. III. Horolog Princ. c. 55.* allegatus ab Arum. *in elegantissimâ hac de re questione decis. quæ extat, lib. 1. Coronid. Besold. in Vit. & mort. consid. lib. III. c. ult. pag. 107.* Cur mortuos auratis involvitis vestibus? Cur ambitio inter lacrymas & luctum non cessat? An cadavera divitum nisi in serico computrescere nequeunt? ait Hier. *epist. lib. 2. referente Rævard. 1. Conject. 1.* Cæterum hæc de vestibus lugentium non exaudienda sunt: Illæ enim & licitæ & sumptibus funerum deputantur. De quibus etiam L. XII. Tabb. dum plus quam tria reicinia (quo vestimenti genere, inde quod post tergum reijcerentur dicto, mulieres in luctu usas fuisse Rittershus. *clas. 1. ad l. XII. TABB. c. 4. testatur*) habere prohibuit, locuta est. Dn. Frantz. *ad tit. ff. de relig. n. 24.* Irrita itidem voluntas est, si moriens pecuniam secum in tumba defodere jubeat; Mandatis enim principalibus cavetur, ne ea sepeliri possit. *l. lege Julia. 4. §. pen. ff. ad L. Jul. pecul.* Hillig. *ad Donel. lib. VIII. Comm. c. 12. in fin.* Cujus prohibitionis ratio potissima videtur, ut omnis causa atque occasio violandi mortuorum sepulchra præcideretur: quæ equidem eo ipso hominibus

767.

bis sacrilegis atq; nefarijs præstatur quam maximè. Cujus exemplum notat Historia in Dario: Qui cum inscriptionem Sepulchri Semiramidis Reginae, his verbis conceptam, *Quicumque Rex pecunijs indiget, aperto monumento, quod voluerit accipiat,* legisset, opinatus thesaurum absconditum esse, sepulchri lapidem revelli jussit, quo revoluto, literas vidit in hunc sensum: *NI-SI REX avarus esses, & pecunia insatiabilis, mortuorum monumenta non violasses.* Herod. l. I.

XIII.

Sed de his forsitan plus satis. E diverticulo igitur in viam redeuntes, sepulturam in specie acceptam, dispeſcimus in Publicam & Privatam.

XIV.

Publica dicitur ea, quæ de jure Communi omnibus omnino, etiam peregrinis atque plebejis competit, qualis olim ea, quæ fiebat in campo Martio & similibus locis. Hodie apud Christianos in Coemiterijs, sive in urbe, sive in vicis aut pagis. Ibi enim, ejus loci ad sepeliendum usus patet omnibus, ad quos communio coemiterij pertinet: Nec magis horum locorum usus cuiquam prohiberi potest, quam locorum sacrorum ei, qui ad cultum divinum, his utitur. Siquidem ambo religionis causa parata sunt, sacra quidem ad cultum divinum religiosa autem ad humanum. Donell. *IV. Comm. c. 1. n. 60.* Plura de his infra *aphor. XVII.*

XV.

Privata est, quæ non omnium Communis, sed privatis quibusdam personis destinata: Idque vel uni, vel pluribus, vel etiam universæ aliquando familiæ. Hinc ea oritur Sepulturæ divisio, quæ alia Hereditaria, alia Familiaris est.

XVI.

Antequam autem ad enodationem istius distinctionis nos accingamus, monendum breviter est, quod quoad locum sepulturæ differat jus Civile à Jure Canonico ac moribus hodiernis. Jure Civili unusquisque sibi locum eligere potuit isque per mortui illationem religiosus factus *S. 9. j. de R. D. l. 2. S. sepulchrum ff. de relig. l. in*

l. in tantum 6. §. 4. ff. de R. D. l. scriptus 4. in pr. ff. b. t. l. 2. C. eod. l. 1. §. facere & t. t. ff. de mort. inf. Et quidem in tantum, quatenus totum corpus *d. §. 9. J. de R. D.* vel principale membrum, caput scilicet *l. cum in diversis 44. ff. de religio.* humatum fuit: Ubi igitur coetera membra recubuerunt, religiosus locus non effectus; quod omninò de eo casu, ubi diversis in locis, e. g. confinio, Sepultura facta fuit, de quo Cuiac. XXI. *Obs. 4. Dn. Frantz. ad d. t. de relig. n. 9.* intelligendū est. Illatū autē oportet esse, ut ibi maneat *l. 40. ff. de relig. & quidem perpetuò: Translatis enim reliquijs, locus religiosus esse desinit, l. cum in diversis. 44. §. 1. ff. b. t.* Non tamen temerà transferre licere, sed impetrandum id esse docet *l. Divus 39. ff. eod. Bachov. Com. ad d. §. religiosum J. de R. D.* Dein, ut impunè fiat illatio, & illatione locus religiosus, oportet inferentem Dominum esse, & quidem pleno jure; non pro parte, non usu fructu alteri constituto. Si enim quis inferat, qui Dominus quidem, sed pro parte tantum, aut nudæ proprietatis, usufructu alteri constituto; Nemo horum non consentiente socio aut fructuario locum religiosum fecerit *d. §. 9.* Scilicet; quia si eo modo locus religiosus fieret, futurum esset, ut Domini, ut locii, ut fructuarii juri res eximatur, & ita alteri jus suum detrahatur, quod omni jure facere prohibemur *l. 10. ff. de J. & J. l. solvendo. 39. ff. de negot. gest.* Hoc tamen duplicem patitur exceptionem. Primò, Nisi consentiente Domino, Socio, Usufructuario &c. id fecerit, qui quamvis postea ratum non habeant id est, voluntatem mutent, locus religiosus manet. Quod enim semel ~~factum~~, amplius displicere non potest *c. quod semel. de R. J. in 6.* Idem est, si ab initio dissentientes, ratum postea habeant *l. in tantum 6. §. 4. ff. de R. D.* Ut ideò vocula NON, in *d. §. 9.* necessariò non sit expungenda, secus ac voluere Hottom. Wesemb. in *d. §. Coras add. l. 6. §. 4. de R. D. n. 7. & 8.* & novissimè Dn. Ludwell. *Dis. Inst. 4. th. 2. lit. G.* Utraque enim lectio tolerari potest, ut nimirum sensus hujus §. sit, manere locum religiosum, si Dominus prius consenserit, licet postea ratum non habuerit: *l. autem. 6. §. 4. de R. D.* locum velit fieri religiosum, etsi initio non concedente Domino mortuus illatus sit, modò postmodum ratum habuerit, ut sic rati habitio mandato comparetur, & ad tempus quo mortuus illatus est,

placuit



759
tus est, retrahatur, *l. ult. C. ad. Sc. Maced. Donell. IV. Com. I. ibiq.*
Hillig. lit. M. Arum. exc. Inst. 4. th. 6. Bachov. ad d. §. 9. & ad Treutl.
vol. 2. d. 20. th. 1. lit. D. Deindè secundò. Nisi unus ex Dominis in
Communi loco sepeliatur, maximè si non alius Sepulturæ locus sit
l. si plures 41. ff. h. t. Quod omninò de loco puro & communi in-
telligendum est; Cæteroquin nulla ratio esset dubitandi, quin in
commune Sepulchrum unus Sociorum inferri possit, etiam invito
altero. *d. §. 9. l. 6. §. pen. ff. eod.* Utitur enim re secundum eum u-
sum, cujus gratia constituta est, & sic non obstat *l. Sabinus. 28. ff.*
commun. div. Pac. 1. q. 35. Hillig. ad Donell. IV. Comm. I. lit. N. La-
tius Bachov. ad d. §. & ad Treutl. d. d. 20. th. 1. lit. D.

XVII.

Jure Canonico & moribus hodiernis, Christiani publicis lo-
cis hunc in usum destinatis (quæ Majores *κοιμητήρια*, cœmeteria
i. e. dormitoria, vulgò *Kirchhöfe*, *Gottesacker* appellarunt, eaque
juxta Ecclesias plerumq; esse voluerunt) utimur, *tot. tit. X. de Se-*
pult. caus. 13. q. 2. per tot. Licet enim antiquitus Cadavera defun-
ctorum, non solum in æde sacrâ, sed ne quidem intra Civitatis mœ-
nia humari prohibebantur *l. 3. §. Divus 5 ff. de sep. viol.* partim ne
foetore & contagione, vivorum corpora inficerentur *arg. l. 1. ff. de*
Cloac. l. adiles un. §. fin. ff. de viâ publ. partim etiam, ne ut Ethnici
existimabant, sanctum municipiorum jus. *l. mortuorum 12. C. de*
relig. & sumpt. fun. aut ut Paulus *lib. I Sentent. tit. 21. §. 1.* ne Sacra
Civitatis polluerentur: Tamen, postquam depulsis Paganismi te-
nebris, Evangelicæ Religionis lumen affulisset, alia forma recipi-
endorum mortuorum recepta est; & Ecclesia Apostolorum &
Martyrum reliquijs *l. 2. C. de SS. Eccles.* Cœmeteria autem, ~~atria &~~
porticus ipsius Ecclesiæ Christianis corporibus tumulandis defi-
niri cœperunt *c. precipiendum. 13. q. 2.* Postmodum vero, etiam in
ipsis Ecclesijs sive templis, tam intra quam extra urbem Sepultu-
ra concessa est. *c. nullus. c. non estimemus. d. caus. 13. q. 2. Gothofr. ad*
l. mortuor. 12. lit. K. C. de relig. Cujus rei rationem ex Augustino
tradit Gilken. *ad l. 2. C. de SS Eccles. in pr.* Eo enim jure, nemo sibi
propriâ autoritate locum religiosum facere potest, sed autoritas

C

Episcopi

atria et

Episcopi ut interveniat necesse est. *c. ubicunq; 6. c. placuit 7. 13. q. 2. c. adhaec. 4. X. de religios domib. Jason. in l. quid ergo. §. i. ff. de leg. 1. Beuff. ad l. admonendi. n. 968. vers. etsi ff. de Jurejur.* Sanè hic usus in tantum superius jus non mutat, quin & in cœmeterijs privata cujusq; familiae sepulchra esse possint, quod etiam quotidiana docet experientia. Don. *X. Com. 1. n. 10.* Petr. Greg. *Tholos. Synct. jur. Univ. lib. XXXIII. c. 23. n. 10.* Clar. *in prax. Crim. q. 79. vers. Locus.* Mindan. *de Interdict. in prolog. tit. 2. n. 75.*

XVIII.

Q.

An autem jura Civilia circa ista loca religiosa sublata intelligantur per jus Canonicum etiam quoad effectus Juris Civilis, acris inter Dd. disputatio est? Id, quidem negant Joh. Faber *in d. §. religiosum.* & Don *4. Com. 1.* Statuentes, quod si Dominus mortuum intulerit in locum suum quem habet in cœmeterio, faciat sepulchrum religiosi juris, adeò, ut locus non possit alienari, etiam si interveniat autoritas Episcopi, quibus ad stipulatur Ripa *in l. obligatione. 6. n. 50. ff. de pignor.* Contrarium verò statuit Felin. *in c. quanto. n. 6. X. de Judic.* eumque sequitur Tiber. Decian. *tract. Crim. lib. VI. c. 40. n. 20.* quorum opinionem & nos amplectimur. Si quidem rationem Juris Civilis, quæ hæc erat, quod prohibebatur alienari locus Sepulturæ propterea, quia religiosus erat, uti dicitur *in l. si monumento 3. C. quæ respign. obl. poss.* respuit jus Canonicum, quo jure nullo locus dicitur religiosus sine autoritate Episcopi, adeò, ut licet sepultus fuerit homo mortuus alicubi, non ideò dicatur locus religiosus, nisi uti dictum, autoritas Episcopi accesserit. Eo enim jure benedici sepulchra debent. *c. nemo. 9. de Consecr. dist. 1.* Cessante igitur ratione legis & lex cessare intelligitur Bart. *in l. 1. ff. de legit. tutor.* Cæterum apud Protestantes S. R. J. Status, sufficit Sola Magistratus Politici autoritas, ob sanctionem Pragmaticæ Constitutionis de Pace Religionis, sub Regimine Caroli V. in Comitijs Augustanis Anno 1555 promulgatæ §. 7. *Damit auch obberührten. Besold. Thesaur. Pract. Lit. B. vers. Begräbnis der Todten.* Et extant eo nomine Præcerum Imperij Ordinationes Ecclesiasticæ, inter quas famigeratissimæ Ordinatio Serenissimi D. Au-

771.
D. Augusti, promulgata Anno 1580. ut & Fürsil. Hessisch. Kirchen-
Ord. de Anno 1572. & alia.

XIX.

Quibus ita explicatis, ad Divisionem sepulturæ privatae re-
vertimur, quæ sicut in aph. XV. dictum, aut familiaris est, aut here-
ditaria *l. jus Sepulchri 13. C. de religiof.* Familiaris dicitur, quam quis
sibi suæq; familiæ constituit *l. 5. l. 6. ff. b. t. l. 4. l. 8. l. 13. C. eod.* Hinc
est, quod in Sepulchro familiari, quod quis fecit sibi familiæque
suæ, omnes heredes etiam extranei habeant jus sepeliendi, cum
censeantur de familia, nec per divisionem bonorum ad unum tan-
tum possit devenire *l. si Sepulchrum 4. C. de relig.* Jus enim Sepul-
chri familiaris ad familiam, etiamsi nullus ex ea heres sit, non eti-
am ad alium quemque qui non est heres pertinet *l. jus Sepulchri 13.
C. b. t.* Sed his graviter obstare videtur *l. jus familiarium 8. C.
eod.* in qua dicitur: *Jus familiarium sepulchrorum, ad affines seu pro-
ximos cognatos, non heredes institutos, minimè pertinet.* Respondet
Hyer. Treutler. *conf. 58. n. 249.* textus in *d. l. 4. & l. 13.* procedere,
quandò in ultimâ voluntate dispositum reperitur, aut in contra-
ctibus per Instrumenti tenorem, vel per pacta majorum sic con-
ventum sit, ut Sepulchrum familiare sit toti familiæ commune in
aliquo loco religioso: Et tunc omnes habere jus sepeliendi qui
censeantur de familia, nec per divisionem ad unum posse devenire:
Secus autem esse, si sepulchrum sit destinatum ei soli, cui universi-
tas bonorum loci obvenit, vel qui residentiam (ut ita loqui lice-
at,) ibi habet, vel Domicilium cum jure Patronatus, tum enim id
ad alios cognatos non pertinere *d. l. 8. C. eod.* Quæ responsio an
defendi, an vero commodior dari queat, in ipso discursu tenta-
bimus.

XX.

Superest Sepultura Hereditaria, quam quis peculiariter sibi
heredibusque suis constituit, vel quam paterfamilias jure he-
reditario adquisivit *l. 5. & l. 6. ff. de religiof. l. 3. §. 3. ff. de sep. viol.
l. 13. C. de religiof. & sumpt. fun.* Eaque jure hereditatis, ex persona
C 2 primai

primi constituentis vel adquirentis ad quoscunque heredes, etiam ex minimâ parte institutos, & omnes qui heredum loco sunt, pertinet l. 5. § l. seq. ff. h. t. l. quia. 42. ff. ad Sc. Treb. l. 4. §. is autem. l. 21. ff. de fideicom. libert. Imò licet hereditas ut indignis ablata l. si quis 33. ff. de relig. Hillig. ad Don. 4. Com. i. lit. X. vel exheredati fuerint, text. in l. 6. vers. exheredatis. ff. eod. Quamvis enim jus heredum & filiorum amiserint, solâ tamen humanitatis ratione, jus paterni sepulchri retinent; tum quod naturaliter jura sepulchrorum libris quasi adhæreant, arg. l. 4. §. naturaliter. ff. h. t. tum quod aliquandò Domini vivo adhuc patre habiti fuerint. §. 2. vers. si cui. 7. de hered. qual. & differ. l. in suis 11. in fin. ff. de lib. & postb. Nisi testator, sive qui monumentum posuit speciali odio commotus, exheredatum jure quoque sepulchri abstinere jusserit. Ita enim testatores cavere solebant. Ne monumentum heredes sequeretur, idque his notis scribebatur H. M. H. N. S. quæ à Valerio Probo in antiquis inscriptionibus exponuntur: Hoc MONUMENTUM HEREDES NE SEQUATUR. Cujus vestigium etiam extat apud Horat. l. Serm. Satyr. 8. in verb.

—
Cippus in agrum

Hoc dabit: heredes monumentum ne sequeretur.

Quale etiam exemplum in veteri inscriptione in Italia conspici refert Briffon. 2. Sel. 16. Iis tamen qui planè heredes non sunt, in sepulchrum hereditarium mortuos inferre non licet, nisi humanitatis saltem gratiâ, vel ex causâ necessitatis sepeliri ipsis concedatur, per text. expr. in l. 6. ff. h. t. l. si plures 41. ff. eod. Unde & in monumento, quod quis pro se heredibusque fecit, liberti non habent jus sepeliendi, si non sint heredes, nisi longo tempore præscripserunt Paul. de Castro & Gloss. in l. monumentorum 6. C. h. t. Quomodò autem præscribatur vid. Sichard. ad d. l. monumentorum in fin. & infra aph. XXXVII.

XX I.

ADQUISITIO.

Q.

Divisionem sepulturæ, immediatè pro instituti ratione sequitur ADQUISITIO. Cujus explicationi necessariò præliminari loco præmittenda quæstio est. Num jus sepulturæ immediatè ad ipsam Ecclesiam pertineat, ab eâque impetrandum sit, an verò ad Jus Patronatus referendum? Utpotè cum ex quæstionis istius Decisione nonnulla dependeant, quæ infra

773.

fra circa personas concedentes & accipientes sepulturam addu-
centur. Sanè, si jus Canonicum attendimus, hoc jus simpliciter
& immediatè ad ipsam Ecclesiam, ejusque Præsbiteros spectat, per
textus expressos & singulares *in c. non estimem* 9. 19 *pr. 13. q. 2. can.*
ubicunq; c. 6. can. placuit 7. c. præcipiendum 15. eod. tit. c. cum in Ecclesia
9. ibi: in quibusdã Ecclesiis & *ibi.* pro sepulturis *X. de simonia.* Cujus
redditur ratio in *Can. Ecclesias. un.* ibi parochias & cœmiteria eis
divisimus, *c. 13. q. 1.* ubi cœmiteria non nisi Ecclesia ejusq; Presbi-
teri sibi vendicant, unde consequens est, hoc jus non ex Jure
Patronatus, quod etiam Laico competit. *c. un. de Jur. Patron. in 6.*
fluere, sed ipsi Ecclesiæ competere. Eique accedit, quod Juris-
dictio Episcopi in totâ Diacœsi & qualibet ejus parte, sit fundata
can. omnes basilica. 16. q. 7. Laur. Ohm de Jur. Episc. 9. 18. lit. B. Mori-
bus tamen hodiernis & in hisce præsertim regionibus, ubi repur-
gata religio est, ipsa experientia nos edocet, sepeliendi jus & fa-
cultatem, non ab Ecclesia, neque magistratu Ecclesiastico, sed à
Defensore vel Patrono Ecclesiæ, sive Magistratu Politico solere im-
petrari. *Math. Steph. de Jur. Patron. p. 1. c. 24. n. 9 & 10. Finckelth.*
de Jur. Patr. c. 6. n. 149. & novissimè Dn. Carpz. lib. 1. tit. 9. Resp.
86. in fin. Idque secundum illud, *wer die Kirche hat / der hat auch*
den Kirchhoff. Vid. *Venator. in method. juris. Pontif. lib. III. tit. 29.*
ubi jus funerandi speciem juris parochialis sive Patronatus expres-
sè post alios nominat. Et in hanc sententiam responderunt
Scabini Lipsienses Anno 1599. verb. sent. P. P. Diweil aber
dennoch in der gehaltenen Brüderlichen Erbtheilung / von ewrem
Water / gedachtes B. Vattern / zu dem C. Eheil / das jus Patronatus
vnd das Pfarrlehn allein zugeschlagen worden: So habt ihrs des
orts eines Begrebnüsses euch nicht anzumassen / sondern es stehet
gedachtem B. als dem Collatori des Pfarlehns fren / ob vnd wie
weit er euch hinfüro das Begrebnüs alda gestatten vnd nachlassen
wolle. B. N. W. ac secundum eam Budissenæ Lusatiorum in Ju-
dicio Provinciali judicatum fuisse, testatur Hyer. Treutler. *vol. 2.*
conf. 58.

XXII.

Ad ipsam jam Acquisitionem nos accingentes, duo de eâ

C 3

nota-



notabimus : **PERSONAS & MODOS SEPULTURAM AD-
QUIRENDI.**

XXIII

Personæ quæ ad juris sepulturæ acquisitionem requirun-
tur, duplices sunt, **CONCEDENTES & ACCIPIENTES.**

XXIV.

Concedunt autem Sepulturam regulariter, vel Magistratus
Politicus, vel qui jus habent Patronatus, uti supra *aph. XXI.* la-
tius demonstratum est. Neque tamen his omnibus omninò con-
cessum est, licet jura Patronatus habeant. Quidam enim ob
rationes generales prohibentur : Alii quidem *simpliciter vel abso-
lutè*, alii vero *secundum quid*. *Simpliciter*, qui contrahere & a-
lienare nequeunt, utpotè in quibus verus non est consensus; vel
ob defectum intellectus rei gerendæ, qui contingit in nonnullis
ratione facultatis ipsius intelligibilis, ut in infantibus, furiosis
& mente captis &c. arg. §. 8. & 10. *J. de inut. stip. l. 7. §. 1. ff. de
cur. furios. l. Licinius 48. §. fin. ff. de leg. 2. l. 5 ff. de R. J. l. 24. ff. de
O. & A. in nonnullis autem ratione rei objectæ, ob intervenien-
tem aut dolum, aut errorem. arg. l. 2. pr. ff. de judic. l. si per erro-
rem 15. ff. de jurisdic. l. 7. ff. de dol. mal. l. 5. C. de inut. stip. vel propter
defectum voluntatis, arg. l. 1. ff. de Cur. furios. l. 40 ff. de R. J. l. 3 §.
fin. ff. de Obl. & Act. de quibus in materia obligationum latius Dd.
Secundum quid concedere Sepulturam prohibentur ij, qui necesse
habent, ut ipsorum concessioni accedat vel autoritas, vel consen-
sus vel decretum, vel ulla alia Solemnitas, ut in pupillis, minori-
bus, fœminis (quæ etiam juris Patronatus capaces sunt, text. in
c. fin. X. de concess. præb. ubi exemplum de Comitissa Flandrorum
proponitur : Idquè non solum in fœmina in dignitate constitu-
ta, sed in aliâ quâvis privatâ procedit Panorm. in *d. c. fin. n. 7. c. no-
bis. 3. vers. si quis. X. de jur. Patron. c. ex literis 7. X. eod.* Finckelth. *de
jur Patron. c. 4. n. 7.*) & alijs, quæ ex materijs contractuum peti
possunt. Nequè enim singula copiosius hic pertractare propo-
situm nobis est. Tantùm de personis sepulturam conceden-
tibus.*

XXV. Sequi-

Sequitur, qui jus Sepulturæ accipere, & vi hujus concessionis sepeliri possint. Et generaliter tenendum est; Quod liceat regulariter omnibus, tam supremæ quam inferioris sortis hominibus, cum singulis, tum pluribus simul, nisi inveniatur excepti. Officium enim hoc humanitatis est, quod nemini penitus denegandum, de quo supra *aph. V.* Propterea Canones cuius sepulchrum eligere permiserunt, in quacunque parochiâ, *c. cum quis 2. in fin. de Sepult. in 6. c. 1. X. eod.* vel etiam in loco non religioso, *d. c. 2. in fin.* nisi consuetudo contraria alicubi vigeat *c. licet 4. eod.* aut pactum aliquod obstet *c. 1. de pact. in 6. Hostiens. in Summ. tit. de Sepult. 39.*

XXXVI.

Notanter dictum; Nisi excepti inveniatur. Excipiuntur enim non pauci, quibus vel planè Sepultura denegatur, vel aliqua sed ignominiosa conceditur, quorum præcipuos enumerabimus. Et I. quidem excipiuntur HÆRETICI. (quibus blasphemus in DEUM annectimus *c. 2. X. de maledic.) c. excommunicamus. 13. §. credentes. X. de heret. cap. quicumq; 2. eod. in 6. arg. c. sanè præferatur. 14. q. 2. c. si quis Episcopus. 5. X. de heret. Clem. 1. de sepult.* Hæreticos autem intelligimus eos, qui in fundamentalibus fidei articulis errant; in eo enim à Schismaticis, Jure Canonico, differunt, quod non in fide, seu principali aliquo fidei articulo, sed in circumstantia fidei consistit *c. Schisma. 34. caus. 24. q. 1. c. inter heresim & Schisma. ead. caus. q. 3.* errorem pertinaciter defendunt *c. dixit. Apostolus 29. c. qui in Ecclesia. 31. caus. 24. q. 3.* & publicè ac legitime per Ecclesiam de hæresi damnati sunt, & per consequens, nec in verbi auditu, nec in Sacramentorum Communione cum verâ Ecclesiâ participant. B. Gerhard. *Loc. Theol. t. 8. c. 7. n. 90.* Nobiliss. Dn. Reinkingf. *de reg. Eccles. lib. III. clas. 1. c. 5. n. 8. 9. & seqq.* Neque tamen nos omnem omninò ipsis sepulturam (sicuti ijs de quibus *aph. XXXIII.* fit mentio) sed honorificam tantummodò denegamus, ob rationes quas collegit Finckelth. *de jur. sep. concl. 13. lit. B.* Illud certè plusquam Ciclopicam & extremam sapit severitiam, quod Pontificii, Evangelicorum in suis

ditionibus exturias, (ex statuto forsan *c. quicumq; 2. de heret. in 6. & c. 12. vers. si contingat. X. de Sepult.*) ne quidem in hortis aut pascuis suis terræ mandari permittunt, adeò ut etiam Nobilium cadaveribus, instar canum sic abjectis parcitum non fuisse deploret & graviter exaggeret Autor, des wollmeinenden discurs worumb die Catholichsen &c. *p. m. 163.* Nec immeritò: Omnium enim gentium moribus consentaneum est, inquit Cic. *in Verrem*, ne cadavera relinquantur insepulta: Quo & respexisse videtur Imperator Martianus in *l. humanum. 9. C. de heret. Arumæ. discurs. jur publ. vol. 2. dis. 10. concl. 35. in fin.* Vid. novissimè Ludov. Dunte. *in Decis. cas. conscient. c. 22. tit. vom Todt vnd Begrebnüs. 9. 29.*

XXVII.

II. EXCOMMUNICATI. *c. sacris 12. X. de sepult. c. adhuc 5. X. de privil. Clem. 1. de sepult. c. sicut ait 8. X. de heret.* Excommunicatur autem aliquis dupliciter; vel quando homo Christianus à toto corpore Ecclesiæ & communione fidelium abscinditur & submovetur. *c. omnis Christianus & c. seq. 11. q. 3. c. pen. X. de sent. excomm.* eaque excommunicatio major dicitur: Vel quando à perceptione Sacramentorum, non autem à communione fidelium excluditur, & hæc minor excommunicatio appellatur. *d. c. pen. X. de sent. excom.* Prosp. Farin. *prax. Crim. lib. I. tit. 3. q. 19. n. 38.* De utrâque hanc pœnam subintelligendam esse existimat Petr. Greg. Tholos. *Syntag. jur. univ. lib. II. c. 13. n. 10.* Cajus sententiæ in tantum subscribimus, si scilicet minori excommunicatione à Sacramentorum usu exclusus, pextinax extiterit, neque ante mortem Ecclesiæ reconciliatus fuerit, nec consequutus absolutionem per. text. *in c. fin. X. h. t. c. in literis. 5. X. de raptor. c. is. cui. 20. vers. talis quog; de sent. excom. in 6.* Et movemur non solum arg. *c. pen. X. de sent. excom. c. sanè quod super. 24. q. 2.* Sed & generalitate verborum in Const. Eccles. Elect. Augusti de Anno 1580. in General Artic. c. II. quæ ita habent: Im fall aber da die excommunicirte Person / ohne besserung aus diesem Leben abschide / so sol das Pfarrvolck nicht bey derselben Begrebnüs seyn / sondern si ohne gebürliche Ceremonien / durch die bestelten Todt: ngräber / doch auffer halb des Kirchhofes / als ein abgesnitten Blidt der heiligen Christlichen Kirchē / vergra-

777

vergraben lassen. Indignum enim esset ut qui in vita Sacramen-
torum in Ecclesiâ non habent communionem, eandem cum ejus-
dem membris habeant Sepulturam! arg. c. ex parte. c. Sacris X. h.
t. c. Sané 3. caus. 24. q. 2. c. placuit & not. 23. q. 5. c. 20. de sent. excom.
in 6. Ob quænam autem delicta & peccata fulmen excommuni-
cationis immittatur, & quæ hujus pœnæ requisita, tradunt. Ar-
étander. in libel. de Excom. Eccles. memb. 2. Dn. Ludov. Dunte cas.
conf. c. 13. Von der Kirchenzucht, sect. 2. q. 7.

XXVIII.

III. Qui in torneamentis pereunt. De
ijs autem torneamentorum generibus ea accipienda sunt, quæ ad
ostentationem virium & audaciæ introducta erant, quibus con-
grediebantur depugnantes, & milites ex conducto concurrerant,
operasque suas locabant: Ea enim improbavit postmodum atque
prohibuit jus Canonicum c. 1. & 2. X. de torneam. Utpotè unde
mortes hominum & pericula animarum sæpè provenirent, & ma-
gis temeritatem ac lucrum, quam fortitudinem saperent. Atque
in his vulneratis concessit quidem pœnitentiam, decedentibus au-
tem denegavit Sepulturam. Petr. Greg. Tholos. Synt. jur. lib.
XXXIX. c. 5. n. fin. Imò jus Civile hanc temeritatem coercet, dum
ejusmodi personis infamiam irrogat. l. 1. ff. de his qui not. inf. l. 1. §.
item Scto. & duob. §. §. seqq. ff. de postul. Etenim qui torneamentis
licitis, in quibus primariò virtus spectatur militaris, quæque exer-
citiij hujus gratiâ instituuntur, pereunt, sepulturâ honestâ non pri-
vantur. Extravag. Joh. Papæ XXII. c. un. de torneam. Neque
etiam hæc infamia irrogant arg. d. l. 1. §. 6. ff. de postul. l. athletas.
ff. de his qui not. inf. l. qua actione 7. §. 4. ff. ad l. aquil. Quanquam
Constitutionem Clementis V. quæ torneamenta seu decursoria,
Joustes quæ vocant, planè prohibet, in usum revocari satius esse
autemet Tho' os. lib. XLVIII. c. 16. n. 24. Idque ob plus quam tra-
gicum Henrici II. Galliarum Regis exemplum, quem cum Ga-
briele Mongomerio Comite concurrentem, con fractis utrinque
hastis, aperta que fortè casside, in oculo vulnus accepisse
D & icto

& isto cerebro interfectum esse autor est Thuan. *lib. histor. XXII.*

XXIX.

IV. Personæ quæ parentes vel liberos occiderunt. Id enim crimen tam asperrimum est atque immanissimum, ut omnia delicta, quæ in hominem committuntur facile superet. De quo Solon Atheniensium Legislator legem non tulit, quod non speraret, tantæ immanitatis quempiam fore, qui tam foedum atque horrendum facinus perpetraturus esset, referente Cic. *in Orat. pro Rosc. Amer.* Ita etiam Romulus nullum in Parricidas supplicium constituit, quod etiam existimaverit, impossibile esse, ut quis tam dirum atque impium scelus committere auderet. Plutarch. *in vita Romuli.* Hinc ob immanitatem tanti Criminis majores Romanorum & Imperatores, singulare supplicium in Parricidas excogitarunt, ut quos natura ipsa retinere in officio non posset, ejus magnitudine supplicij maleficio submoverentur. Insuper igitur voluerunt parricidij condemnatos in culcum sive saccum ex corio confectum vivos, unâ cum cane, viperâ, simiâ, & gallo gallinaceo, atq; ita in mare vel flumen præcipitari, aut si mare vel flumen propinquum non esset, ut commodè hæc pœna exequi nequeat, bestiis subijci *l. pœna parricidij 9. ff. ad l. Pomp. de parricid. §. alia deinde §. de publ. judic. l. un. C. de his. qui par. vel lib. oc.* Ea ratio submersionis pœnæ redditur in *d. l. un.* Ut scilicet omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & cœlum ei superstiti, & terra mortuo auferatur. Eamque rationem eleganter post Cic. *in Orat. pro Rosc. Amer.* expressit Gloss. in *Landrecht lib. II. art. 14. vers. Nun möggestu sagen &c.* & ibi. *der Hundt zeigt an.* Atque hoc crudelissimum mortis supplicium etiamnum hodiè vigere, nec per desuetudinem abrogatum esse, sed eo delinquentes quotidie affici, intrepidè cum Berlich. *conclus. præct. p. IV. con. 6. n. 6.* Dan. Moller. *ad Const. Elector. 3. p. 4. n. II.* Dn. Carpzov. *prax. Crim. p. I. q. 8. n. 15.* asserimus, non attentis innumeris Dd. autoritatibus, quas in contrarium collegit Harprecht. *ad §. alia deinde. §. de publ. judic. n. 30. & seqq.* Moti præsertim eâ ratione, quod hæc pœna neque

Con-

779

Constitutione Carolinā abolita, imò magis *art. 131.* approbatā reperiatur. Quod ipsum in terris Saxonis minus dubij habet, ob *Const. Elect. 3. p. 4.* ubi sanctio est: Si vel parentes liberos suos, vel liberi parentes, vel deniq; conjunx conjugem occidat, parricida unā cum cane, simiā, gallo gallinaceo & angue culeo insutus, in fluvium coniectus suffocetur. Illud tamen non diffitemur, in aliquibus, hodiernis moribus à pœnā jure Romano constituta discessum esse. Quod enim olim culeus ex corio, ut parricidæ diutius superviverent, conficiebatur, id desuetudine abolitum est; siquidem de usu hodierno lineo insuti Sacco, in flumen dejecti suffocantur. *Berl. p. 4. conc. 6. n. 13.* ac vespere extrahuntur, & ni anatomix concedantur, sepeliri, minus honestè tamen, solent. Neq; etiam in nostris terris, simiæ, (utpote quæ rariores & magno in pretio habentur) sed earum loco feles adhiberi consueverunt, juxt. *d. Const. Elect. 3. p. 4. ibi.* *Sampt einem Affen/oder an stat des selben einer Katzen &c.* Uti etiam nec hodiè ijs in locis ubi comoditas aquæ deficit, feris animalibus parricidæ devorandi subjiuntur, sed pœna rotæ ipsis dicitur. *d. Const. 3. p. 4. §. würde aber.* Vid. omninò *Georg. Schulz. Synop. Inst. ad §. 6. 7. de publ. Jud. lit. T.* Jure Canonico quæ pœna parricidas maneat, videre est in *c. latorem. 15. caus. 33. q. 2. c. de infantibus ult. in fin. X. de his qui fil. occid.* ubi in foro saltem pœnitentia puniuntur. Notandum autem est, quod si de hoc crimine judici Seculari innotescat, parricidam statim judici seculari, secundum leges Civiles puniendum remitti: Præviā tamen (si clericus sit) depositione & degradatione. *Damhauder. in prax. Crim. c. 87. n. 9. in fin. vers. Jure autem Canonico n. 10. 11. & seq.* Cæterum inter parricidas minimè referendus is est, qui patrem aut filium patriæ exitium parantem occidit. *l. minimè 35. ff. de religios. & erronea Bodini sententia est, quando l. 1. de Rep. c. 4. n. 26.* legem istam iniquitatis, quasi juri naturali contrariam, & filios ad parricidia invitantem, accusat. Neque enim ille verum hujus legis sensum rectè percepit, qui hic est. Pater filio, vel filius patri venienti ad Remp. destruendam resistere, & defendendo ipsum occidere potest. Rationem non unam hæc lex habet, quas in ipso actu tradituri sumus.

V. Usurarij manifesti. textus sunt in *c. quia in omnibus* 3. X. de usur. c. 2. de usur. in 6. Clem. 1. de Sepultur. P. Greg. Tholos. part. jur. Can. l. 1. tit. 15. c. 7. lit. H. Usura enim detestandum crimen est, uti eleganter demonstrat Herman. Later. de Censibus. lib. III. c. 23, in pluribus allegatus à Dn. Carpzov. prax. Crim. p. 2. q. 92. per tot. non solum Lege Divinâ Exod. XXII. 25. Deut. XXIII. 19. Pf. XV. 5. Sed etiam Canonibus *c. nec hoc*. 14. q. 4. (nî ab eo exigantur cui jure nocere possumus *c. fin.* 14. q. 4.) & Jure Civili prohibita; quo non solum infamiæ maculam incurrunt, *l. improbum C. ex quib. caus. inf. irr.* Verum insuper jus testandi amittunt, & honestâ Sepulturâ arcentur. Modest. Pistor. p. 3. q. 97. n. 11. ibiq; Jacob. Schultes. in addit. Eamque etiam pœnam hodiernum obtinere nulli dubitamus. Licet enim novissimis Sanctionibus & Recessibus Imperij, Recess. Augustan. de Anno 1500. sub Maxim. I. tit. Von wucherlichen Contracten / & sub Carol. V. Anno 1530. in reform. Pol. tit. eod. §. dieweil aber / nec non in Polit. Ord. Francof. Anno 1577. sub Imp. Rudolph. II. tit. von wucherlichen Contracten / eâ tantum usurariorum pœnâ constituatur, ut contractus usurarii, pactaque illicita omnia irrita interdictaque sint, & à nemine executioni demandentur, subindequæ usurarii, quartâ parte sortis multentur, usuræ solutæ repetantur. *l. si non sortem*. 26. ff. de cond. indeb. l. 10. C. de usuris. Tamen cum istis constitutionibus, pœnæ Juris Civilis & Canonici, infamiæ scilicet, denegatæ sepulturæ & facultatis testandi, abrogatæ & sublata nullibi reperiantur, eas pœnis in Recessibus Imperii expressis accedere existimamus; quippe quod correctio, in tam nefando imprimis crimine, sine corrigentis expressâ voluntate non præsumatur. Dd. communiter. Excelentissimus Dn. D. Augustinus Strauch / Promotor, Hospes ac Præceptor meus æternum honorandus, de Privilegiis Clericor. c. 4. §. usuras tamen. Idque in foro Saxonico expeditum est. Ad submovendam enim omnem dubitationem Serenissimus Elector Joh. Georgius peculiari mandato d. 28. Aprilis Anno 1625. promulgato, cui

Kubr.

781.

Rubr. Wegen des vnchristlichen hochstraffbaren Lasters des Wuchers / ob delicti frequentiam & atrocitatem, omnia ea quæ Jure Civili, Canonico, & Recessibus Imperii hoc nomine constituta erant repetiit s. so wollen wir zuvorkommung in verb. Das sie nicht allein des vierdtentheils/sondern der ganzen auff Wucher gelihenen Summen verlustigk sein / hirüber auch / als öffentliche Leuteschinder vnd Landverderber / zum Reichstul vnd tröstlichen absolution oder Tische des H. Erz durchauß nicht gelassen/auch nach ihrem Tode mit Christlichen vnd gebreuchlichen Ceremonien nicht bestattet/ ipso jure & genere facti anruchtigk vnd ehrlos &c. geachtet werden sollen. Quemadmodum etiam ante hujus rescripti promulgationem, veteres Scabinos pronunciaße refert Dn. Carpzov. *prax. Crim. p. 2. q. 92. n. 37.* Cæterum has pœnas non incurrunt nec pro usurariis habendi sunt, qui usuram patriis Legibus probatam exigunt. Non enim omnis usura prohibita est, sed ea solum quæ mordet, & à rapinâ ac furto parum differt, non etiam ea quæ æquitate nititur. Quare optimi Legumlatores & Provinciarum gubernatores ob commune bonum & negotiationis necessariæ conservationem, ad certum modum & quantitatem usuras restringere, easque in ejus quod interest locum, (adeo ut usura licita hodiè nihil aliud quam interesse taxatum sit, de quo novissime Dn. Frantz. *var. resol. lib. II. c. 10. n. 51.*) surrogarunt. Idque Principi licere, communis Theologorum & Juristarum Schola testatur. Gerhard. *dec. 8. quest. pol. 1.* Ludov. Dunthen. *decis. cas. consc. tit. vom götlichen Gesetz. sect. 2. q. 96.* Coler de Process. Execut. *p. I. c. 10. n. 35. & multis seqq.* Ita status Imperii Wormatiæ Anno 1586 per deputatos suos constituerunt, ut deinceps in mutuo usurarum nomine quinque annua à tempore moræ, non præviâ probatione ejus quod interest petere liceat. Heig. *part. 2. q. 1. n. 103.* Cui astipulatur Jus Saxonicum, Const. Prov. Mauritii, de Anno 1550. tit. von Wuchern & Augusti Anno 1555, quæ in centum aureos annuos quinque usurarum nomine exigi permittunt, quod ipsum postea in Const. Elect. 30. p. 2. & Ordinat. Torgens de Anno 1583 tit. vom Wucher &c. repetitum est. Moribus tamen hodiernis & Recess. Provinciali Electoris Saxonix de Anno 1638 sextum quoque florenum in centena singula stipulari permissum est.

est. Frid. Mindan. *de Mandat. lib. II. c. 37. n. 16.* Quod si verò Creditor usurarum quincuncium quantitate non contentus, probare velit, sua pluris quam quinque usurarum nomine à tempore moræ interesse, utique admittendus est. Rec. Imp. Spirens de Anno 1600. §. so viel nun diesel nach vers. Aber da dem Creditori &c. Pro fœneratoribus quoque & usurariis meritò habentur qui vulgò dicuntur *kipper*/ item qui vel simpliciter majores usuras, vel sub pacto *ἀντιχρήσεως*, vel usuras usurarum, aut ultra alterum tantum extorquent, quos latius prosequitur Dn. Carpzov. *prax. Crim. d. q. 92. n. 39. & seqq.* Attamen quod de iis usuris quæ ultra alterum tantum exiguntur dictum est, id ita acceptum volumus, ut mora debitoris non interveniat, vel particulariter usuræ solutæ sint. Eo enim casu ultra alterum tantum peti posse expressus textus in *l. 10. C. de usuris & æquitas summa suadent*: Non obstante quod contrarium disertis verbis in *Nov. 121. c. 2.* asseratur, per quam à nobis dissentit Dn. Carpzov. *d. q. 92.* Atque ita aliquoties ab Amplissimâ Facultate Juridicâ in hâc Almâ Wittebergenfi pronunciatum fuisse, refert Dn. D. Strauch *de priv. cleric. d. c. 4.*

XXXI.

VI. Qui semet ipsos interficiunt, Græcè *αὐτοχέρες* dicti. Idque in conciliis veteris Ecclesiæ jam dudum placuit. Aurelianensi enim II. Can. 14. Antisiodorensi c. 17. statutum, ne ita defunctorum oblata recipiantur: Bracarensi autem nominatim cautum reperitur, ne illorum cadavera cum psalmis sepeliantur, quod repetitur in *c. placuit 23. q. 5. c. si non licet. eod.* Hoc enim crimen horrendum atque detestabile maxime est. Magis namque peccare eum qui seipsum interficit, quam qui alium occidit, manifestum ex eo est; quod qui alium necat, corpus ipsum tantum occidere dicitur, animam vero lædere nequit: qui vero seipsum interimit, & corpus & animam nefariè perdit. Damhaud. *prax. Crim. c. 90. n. 1. Il. Ratio.* Stoici quidem sapienti suâ exire è vitâ & mortem sibi inferre permiserunt: de quâ Sententiâ, & ingenere, an mortem sibi inferre liceat, in utramque partem eleganter differit Lipsius in *maneduct. ad Philos. Stoic. lib. III. c. 22. & 23.* Saniores tamen utique damnarunt, & nomi-

nominatim Arist. 3. *Ethic. c. 7. in fin.* Tum quod injustitia quædam sit erga se ipsum, tum quod sibimetipsi violentas manus injiciens, in Remp. quam cive spoliatur, sit injurius, quâ de causâ etiam meritò ignominiâ afficiatur nec sepultura dignus judicetur. Plato *de Rep. lib. 9.* Quod ipsum & juri divino, Naturali ac Civili conveniens est, uti latè & eleganter deducunt. Petr. Heig. *q. 36. p. 2. per tot.* Tiber. Decian. *tr. Crim. lib. 9. c. 1. n. 12. & seqq.*

XXXII.

Ut autem huic pœnæ propriæ manuum illationis locus sit, jus Civile dupliciter distinguit: Aut enim quis se interficit, ne damnari velit ob conscientiam criminis, & graviolem pœnam imminentem; Aut ut potissimum majus malum evitet e. g. tædio vitæ, valetudinis adversæ, impatientia, dolore corporis, pudore aris alieni &c. quos latè recenset Tiber. Decian. *tr. Crim. lib. 9. c. 2.* Priori casu *αὐτοχειρίας* prohibet, adeò, ut nec hæredem eum habere sinat, nec testamentum valere permittat, sed bona fisco inferat *l. 2. vers. quod si futurus C. qui testam. fac. poss. l. 3. pr. ff. de bon. eor. qui ant. sent. l. 11. §. 3. ff. de his qui nos. inf. l. 1. §. 23. ff. ad Sc. Syllan. l. 6. §. 7. ff. de re milit.* Posteriori vero casu, connivet & dissimulat *l. 3. §. 4. ff. de bon. eor. l. 6. §. 7. ff. de injust. rupt. l. ejus militis §. 4. ff. de testam. milit. l. in fraudem 45. §. 2. ff. de jur. fisci l. 38. §. fin. ff. de pœn.* Licet ea per se inhonestè & minus rectè fieri statuat: neque enim omnibus pravè factis pœnam imponit. *l. non omne ff. de R. 7. l. & si quis. 14. §. Divus 14. ff. de religios.* Ita: quamvis in *l. 9. §. si ipse servus 7. ff. de pecul.* naturaliter servis in suum corpus favire licere dicatur; Tamen *l. cum autem 23. §. excipitur 3. ff. de edil. edict.* egregiè scriptum reperitur, malum credi servum, qui aliquid facit quo magis se rebus humanis eximat, tanquam nihil non mali ausurum, qui hoc adversus semetipsum facere ausus sit. Nos eam, (consummatam intelligimus) secundum diversos respectus, diversis quoque animadversionibus subijcimus, & quidem sub triplici regula; I. Si conscientiam sceleris antea perpetrati convictus, pro merito supplicium ejusque executionem avertit, cadaver pro gravitate delicti, vel discinditur, vel Rotæ affigitur, vel suspenditur, vel sub patibulo sepelitur, vel comburitur,



buritur, vel ex moribus quarundam regionum vase inclusum in
 perfluentem aquam projicitur. Petr. Heig. p. 2. q. 36. n. 32. Theo-
 doric. Colleg. Crim. dif. 7. tb. 6. lit. P. Gomez. tom. 3. var. res. c. 1
 n. 79. bonis insuper publicatis. l. 1. C. de bon. eor. Quam publica-
 tionem. l. 3. ff. de bon. eor qui ant. sent. introductam approbavit
 Constit. Crim. Carolina art. 135. cui adstipulatur Jus Saxonicum,
 Sandrecht. lib. 2. art. 31. Ejusmodi autem crimen esse debet, ut sui
 naturâ amissionem bonorum earundemque publicationem indu-
 cat. Marcianus l. 3. §. 3. ff. cod. l. 1. l. in fraudem 45. §. 2. ff. de jur.
 fise. Jason. in l. 2. n. 2. C. qui test. fac. poss. Menoch. arb. jud. quest. lib. 2.
 cas. 284. n. 14. II. Quando ex aliâ causâ famosâ, quam ex con-
 scientiâ facinoris sibi quis mortem conscivit, puta tædio vitæ, pu-
 dore ob æs alienum, aut nimiâ avaritiâ habendivè libidine, vel
 quod spe aliquâ lucri frustratus fuerit &c. tum bona quidem non
 publicantur. d. l. ult. §. 4. ff. de bon. eor. qui ante sent. nec in cada-
 ver aliquod supplicii genus statuitur, sed juxta Canones inc. placuit
 23. q. 5. arg. c. ex parte II. X. de sepult. sepulturâ honestâ privatur,
 ejusque cadaver per fenestras dejectum, vel sub domus limine
 extractum (indignus enim judicatur per illud ostium & super li-
 men efferri per quod quis vivus exierit) in locum infamem & ca-
 daveribus destinatum projicitur. Everhard. jun. 2. consil. 23. Sneid.
 ad §. religiosum 9. J. de Rer. Div. Idque moribus hodie observari as-
 serit Heig. lib. 2. d. q. 36. n. 64. Hoc enim genus mortis ipsis Ethni-
 cis miserrimum fuit, multoque atrocius, quam si per alium in-
 feratur, Unde hos in inferno magis torqueri, denotat Virgilius
 6. *Aeneid.* his versibus.

*Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi lethum
 Infantes peperere manu, lucemq; perosi
 Projecere animas, quam vellent atbere in alto
 Nunc paupertatem & duros perferre labores.*

III. Quod si absque animo fraudulento, nec conscientîâ faci-
 noris, nec causâ famosâ, sed forsan ex furore potius, melancholiâ,
 vel aliâ animi impotentiâ, sibi violentas manus adhibuerit, aut a-
 lias si de hisce non constat vitæ, benè pièque transactæ optimo
 fruitur

fruitur testimonio, honestâ Sepulturâ ejus cadaver privandum non est. Commiseratione enim potius dignus, deque ejus salute benè sperandum : siquidem de cujus reprobatione nihil ex sacris literis constat ; Unde & nostrum non est, eum ex Ecclesiæ gremio exterminare, præsertim cum nullâ pœnâ in Constitutione Carolinâ *d. art. 131. vers. Wo sich aber &c.* dignus censeatur. Covarruvias *var. res. lib. 11. tom 2. c. 1. in fin.* Eleganter P. Heig. *p. 2. q. 36. n. 74.* Quid autem in casu attentatæ non verò confirmatæ propriæ necis statuendum ? Nos arbitrio judicis, vel multâ, causæ piæ applicandæ, vel carcere, vel relegatione temporali, vel si persona delinquens officio publico fungatur remotione, vel simili, pro ratione circumstantiarum puniendum existimamus. Per *l. fin. §. 6. ff. de bon. eor qui ant. sent.* Non obstante *l. si quis aliquid. 38. §. 12 ff. de pœn.* Beust. *ad l. admonendi. ff. de jurejur. n. 1179.* ubi dissentientes allegat & refutat. Jul. Clar. *in pract. §. fin. q. 68. n. 38. §. se ipsum occidere volens.* Gomez. *de delict. c. 3. n. 14.* Novissimè Dn. Carpz. *pract. Crim. p. 1. q. 2. n. 37. & seqq.* Diss. Sichard. *ad. l. 2. C. qui test. fac. pos. n. 10 in fin.*

2.

XXXIII.

VII. Denique & ultimo loco moribus hodiernis: Fures qui ad patibulum damnantur, ut & raptores qui rotæ imponuntur, nec non ii qui in partes dissecantur, avibusque dilaniandi exponuntur. Regulariter quidem factâ executione capitali cadavera punitorum sepeliri debent. Idque non modo honestatis ratio, sed & Reip. salus efflagitant ; tum ob memoriam humanæ conditionis *l. 27 ff. de condit. instit.* tum ob resurrectionis symbolum, & deforme spectaculum, ne eodem vivi se contaminent Eberh. Speckhahn. *cent. 1. q. 9. n. 6.* Hinc quoque in Judaicâ Politia, ex speciali sanctione *Deut. XXI. 23.* cadavera suspensa sub vesperam ad sepeliendum cruce deposita sunt. Athenienses item & Romani corporibus Sepulturam non denegarunt. Plut. *in Se-*

E mestr-

2.



meſtr. Accedit jus Civile l. 1. § final. ff. de Cadav. punit. l. n. C. de religioſ. & ſumpt. fun. Imò jura Canonica ſimpliciter & indiſtinctè loqui videntur c. quaſitum 30. & ſe. ſeq. cauſ. 13. q. 2. c. 2. X. de furt. Clem. 1. de pœn. & remiſſ. Speckh. d. q. 9. n. 4. Petr. Heig. 2. q. 37. n. 6. & ſeqq. Hodie tamen conſuetudine inductum, ut cadavera damnatorum, ad exemplum & terrorem alijs incutiendum, perpenſâ delicti loci & temporis conditione, optimo in Remp. zelo, vel ad tempus, vel in perpetuum inſepulta ac ſuſpenſa in furcâ, patibulo, rotâ &c. relinquuntur: Quemadmodum Romanis in cauſâ Majeſtatis id placuit, & in alijs criminibus, beſtijs obijei damnatos ſolenne fuit l. capitalium 28. §. famoſos 15. ff. de pœnis. ex duplici ſc. ratione: Primò ut hoc aſpectu deterreantur alijs ab ijsdem facinoribus; Deindè ut hoc ſupplicij genus ſolatium ſit ijs, quibus vel furto vel rapinâ aliquid ademprum eſt: Eamque conſuetudinem nullâ lege improbatam, comprobare videtur jus Divinum, locis quamplurimis. Adſtipulatur Gloſſ. Germ. Landrecht lib. 1. verſ. Niemandt wettet. Gloſſ. Weichbild art. 36. verſ. vnd man begräbet die Diebe ſeltē/darumb daß man andere damit erſchreckt. Vid. Covarruv. II. var. Ref. 1. n. 11. Damhaud. prax. Crim. c. 151. n. 13. Petr. Greg. Tholoſ. lib. XXXI. Synt. 14. n. 18. Farin. tr. Crim. l. b. 1. tit. 30. q. 20. n. 134. Wel. π. ff. de cadav. punit. n. 1. Quare nec ſuſpenſus ſine licentiâ magiſtratus qui ſententiam tulit de furcâ tolli poteſt l. 1. §. fin. (ſecundum quam explicandi ſunt textus Juris Canonici ſupra allegati. Hoſtiens. in ſum. de Sepultura. n. 4. verſ. quid de ſuſpenſis) ff. de cadav. punit. Gomez. III. var. Ref. c. ult. n. 8. Et qui in ſcicio magiſtratu ejusmodi aliquid attentat, arbitrariè puni- tur. Bart. in l. nemo Martyres. C. de SS. Eccleſ. Heig. d. p. 2. q. 37. n. 31. & ſeqq. Occurrit hîc quæſtio: An punitorum cadavera Medi- cis ad Anatomiam concedenda ſint? Quod cum Dd. adfirmamus, ob rationes quas allegat. Everh. Speckhan. p. 1. q. 8. per eos. Idq; in terris Electoratus Saxoniz minus dubij habet, ob expreſſam conſt itutionem. D. Auguſti Electoris, In der Verordnung bey den Univerſiteten Leipzig vnd Wirtembergk. in verb. Zu dem ſoll er auch in einer publicâ Anatomia, alle Jahr / zum wenigſten einmahls in einem humano corpore, wenn es vorhanden / waß er geſehen de-
mon-

787
monstriren vnd welfen/ vnd das erste Jahr figuram & compagem
omnium ossium &c. Imo Muscornius *de Jurisdic. n. 51.* corpora
etiam non-punitorum, sed naturali morte defunctorum, propter
utilitatem publicam concedi à iudice posse existimat arg. *l. quod*
Reip. 33. ff. de Injur. Quam sententiam à Dionys. Gothofredo in
disputatione quadam, de Jurisdictione, defensam & propugna-
tam fuisse aliquando legimus. Cæterum quando punitorum
cadavera ad dissectionem concedi debeant, arbitrio iudicis re-
linquendum est; qui pro suâ prudentiâ circumstantias, familiæ,
conditionis & dignitatis puniti considerabit. Menoch. *arb. jud.*
quest. Cas. 185. n. II. Dn. Carpzov. *pr. Crim. p. 3. q. 138. n. 74.* Qui-
dam ex solâ Principis, non etiam inferioris autoritate hoc depen-
dere arbitrantur Wes. *π. ff. de cad. pun. in fin.* quos sequitur Dn.
Carpz. *d. l.* Vid. omninò Gomez. *III. Var. Res. 14. in fin.* Mat. Steph.
I. de Jurisd. c. 6 n. 141. & seq. Theod. Colleg. *Crim. d. X. eb. 6. lit. C. in*
fin. Vivorum tamen Anatomiam, humanitati adversantem non
admittimus cum Speckh. *d. p. 1. q. 7.* Finckelth. *disp. de Jur. Sep.*
cond. 59.

XXXIV.

Et hi plerique sunt quibus Sepultura de neganda. Ordine
progredimur ad modos acquirendi: Acquiritur autem Sepultura
tam oneroso titulo, quam lucrativo.

XXXV.

Onerosi tituli exemplum esto emptio-venditio. Jure enim
Civili, jus Sepulturæ vendi posse omni caret dubio: Siquidem
eo jure non extra commercium est *l. monumenta 14. C. de legat.*
Quantumvis enim monumenta neque venire, neque obligari à
quopiam prohibente juris religione queant *l. 2. in fin. C. de relig.*
utpotè cum locum religiosum distrahi non posse, manifestum sit *l.*
locum 9. C. eod. jus tamen mortuum inferendi & sepeliendi aliena-
ri utique potest. *d. l. 14.* ibique Gothofr. *lib. D. C. de legat.* Tib.
Decian. *tr. Crim. lib. VI. c. 40. n. 25.* Goed. *ad l. 5. ff. de V. S. n. 14.* Dn.
Frantz. *Com. ff. de contr. empt. n. 132.* Quæ autem in *d. l. 2. & l. 9.*

E 2

C. h. t.

C. b. t. dicuntur, non de translatione & venditione juris sepeliendi, quam ne in prophanos usus convertatur, accipienda sunt. *Mind. de interd. in prolog. tit. 2. n. 54.* Sed utrum jure Canonico pro loco Sepulturæ exigere aliquid possit, acriter controversatur? Quod negandum utique erit. Neque enim ratione terræ vel loci in quo defunctus sepelitur *c. abolenda 13. X. de sepulturis. c. 14. caus. 13 q. 2.* neque ratione officii exequiarum & administrationis Sacramentorum *c. non satis 8. cum c. seq. X. de Simonia. c. quæsta & seq. 13. q. 2.* exigere quicquam potest: Præsertim cum Clerici pro hoc officio beneficium habeant ab Ecclesia, & simoniacum sit, pro ministrandis Sacramentis, vel locis Sacris & religiosis aliquid exigere *d. c. non satis 8. §. fin. & c. seq. vers. pro sepultura. c. 29. c. audivimus 41. X. de Simonia. c. præcipiendum. 13 q. 2.* Everh. Speckhan. *cent. c. 9. 6. in pr.* ubi & plures hujus sententiæ rationes adducit. Hinc Regem Alphonsum, Pastorem pagi bidnum in fovea ad lumbos usque terra circumfusum detinuisse, quod viduæ cujusdam maritum sine pretii numeratione factâ, sepelire recusaverit, ex Beustio *ad l. admonendi n. 968. de jurejur. refert Sneyd. ad § religiosum 7. de R. D. n. 10.* Limitationem autem duplicem hæc admittunt. Primò: Ni pecunia vel aliud quidpiam sepulturæ nomine sponte liberaliterque offeratur: Id enim ex licentiâ Canonum retineri non prohibetur *d. c. quæsta. 13. q. 2. c. etsi 18. c. placuit. verb. non quasi ex debito 1. q. 2.* quo non incommodè illud Ulpiani refertur, quod quædam honestè accipiantur, quæ inhonestè tamen petuntur *l. 1. §. 5. ff. de var. & extr. cogn. arg. c. non sanè 14. q. 5.* Eleganter Francisc. Duaren. *de Sacr. Eccles. Minist. lib. VII. c. 6.* Secundò limitatur, nisi consuetudine introductum sit, ut sepulturæ nomine Laici aliquid præstent *c. ad Apostolicam 42. X. de Simon. Roman. Conf. 344.* Quæ consuetudo ideo recepta, ut habeant Clerici unde se alant. Panormit. *in c. 1. n. 4. X. de Simon. & rationabilis tum est, cum id quod hoc nomine accipitur, ad Ecclesiæ sustentationem & cœmiteriorum conservationem adhibetur: Eamque adeo validam esse, ut ad eam observandam, cadavere jam sepulto, auctoritate superioris antistitis etiam inviti adigantur, tradit. Franc. Duaren. de benef. Eccles. d. lib. VII. c. 6.* Quamvis dissentiat Jason in *l. de quibus 32. n. 16. ff. de LL. & alii quos recenset Speckh. d. cent. 1. q. 6. Tib. Decian. tr. Crim. lib. VI. c. 40. n. 27.* Canon-

nonicam itidem peti, permittunt *Canones c. i. c. 3. c. de his 4. X. de Sepulturis*, quam usu antiquatam hic non attendimus, videri de ea potest P. Greg. Tholos. *i. part. jur. Can. tit. 15. c. 4.* Cæterum hodie consuetudine receptum, ut vel certum aliquod spatium ad sepulturam, sive familiarem sive hereditariam precio comparetur, vel singula sepulchra, præsertim in templis, redimantur, in quibus solis ementibus sepelire liceat; quæ sanè consuetudo piè & salutariter sustinetur, non quidem ex eo, quod quæstiones de sepulchris lucrosas, ac lactem & lanam adferre dicat Petr. de Anchar. *Conf. 210.* quem sequitur Cravet. *conf. 10. n. 5. vers. quartò.* Sed ob Ecclesiæ indigentiam, dantiumq; liberalitatem.

XXXVI.

De super jus Sepulturæ acquiritur legato. Præterquam enim quod textus extat expressus, in *l. monumenta 14. C. de legat.* constat legari omnes res posse quæ sunt in commercio §. *non solum 4. 7. de legat. l. cum servus 39 ff. de legat. 1.* Jus vero sepulturæ commercio hominum subjectum, ex *de l. 14. præcedente aph. demonstratum* dedimus. Et legatum modum acquirendi esse indubitati Juris est. §. *fin. 7. de usu & habit.* Neque autem interest, sive legatum jus sepulturæ fuerit testatoris, sive hæredis sive alterius extranei: redimere enim id cogitur heres, aut æstimationem solvere arg. *d. §. non solum 4. 7. de legat. l. unum ex familiâ 67. §. si rem 8. ff. de legat. 2. l. 10. C. eod. Wes. π. ff. de lega. 1. n. 6.* Vid. tamen Dn. Ludwell. *dis. instit. 9. th. 3. lit. A.*

XXXVII.

Unicum adhuc adducemus acquisitionis modum (omnes enim hic recensere nimis longum foret) præscriptionem scilicet. Jus igitur sepulturæ etiam Præscriptione adqñiritur: textus est in *l. monumentorum 6. ibi, præscriptio autem. C. de religios.* Rationem quidem dubitandi movet, quod sepulchrum res Sacra sit atque religiosa adeoque extra commerciū, & consequenter neq; possideri, nec præscriptione adquiri possit. §. *1. 7. de usucap. l. 9. ff. eod. juncta l. 2. ff. si serv. vindic.* Respondetur autem cum Gloss. *final. in d. l. monumentorum. in fin.* quod cum dicitur sepulchrum præscribi, id non quoad Dominium sepulchri, sed quoad jus inferendi (ut ita dicat



dicat præscribens. Longo tempore quæsi hoc jus, ut liceat mihi, me meosque ibi sepeliri) intelligendum esse: Illudque jus uti ex præcedentibus liquet, neque religiosum neque extra commercium est, adeoque præscribi potest. Sichard. *ad d. l. monumentorum 6. C. h. t. in fin.* Licet graviter obliet *l. 4. ff. de mort. infer.* per quam dissentit Nicol. Eberh. Senior *conf. 13.* Adnectendi quidem hic essent alii acquisitionis tituli, utpote Concessio, Donatio &c. sed uti dictum, eos brevitate studio hinc non moramur.

XXXVIII.

Cæterum ex personâ primi acquirentis vel constituentis, devolvitur jus sepulturæ ad privatos jure hereditario, sive per successionem: eamque vel testamentariam vel legitimam *l. his consequenter 18. §. 2. ff. fam. erisc. l. vel quod 6. ff. de religio.* Quomodo autem & quatenus hoc fiat, id ex materia testamentorum & Successionum petendum erit, de quâ latè videri possunt Daut de Testam. Epit Covarruvia. Forster de Success. ab intestato & alii passim. Quæstio hic occurrit non inelegans: An jus funerandi competat repudianti hereditatem? Quod quidem distinctione expediendum est: Aliud enim in liberis heredibus, aliud in extraneo obtinet. Sanè illis, sive sui sint sive emancipati, sive extiterint heredes sive hereditate se abstineant, sepulturæ jus concessum est. *l. vel quod. 6. vers. liberis. ff. de religio.* Siquidem ipsis licet abstinere hereditate, testator tamen nihilominus sine herede mortuus dici nequit *l. cum quasi 30. §. 10. ff. de fideicom. libert.* Suos namque quod attinet, illi vivo quoque testatore quodammodo Domini extitere *§. 2. vers. si cui 7. de hered. qual. §. differ. l. 11. in fin. ff. de lib. & posth.* nec propterea quod abstinuerunt, heredes quo ad hunc effectum esse desiere. In emancipatis etsi ratio Civilis cesset, utpote quod per emancipationem extranei facti intelliguntur. *l. 55. §. 1. ff. de rit. nupt. arg. l. 12. ff. de adopt.* Quia tamen jus sepulturæ ex naturali causâ mortalitate sc. & memoriâ humanæ conditionis profluit *l. 27. ff. de cond. Instit. l. 4. vers. naturaliter ff. h. t. l. 6. ibi humanitatis gratia ff. eod.* Vid. præloquium & *apb. VI.* utique per

791.
per jura Civilia, emancipationem puta, tolli nequit arg. l. jum 8.
ff. de R. 7. Ea autem in extraneo secus se habent; Quandoqui-
dem is neglectâ aditione, seu repudiatâ hereditate, neque succes-
sor neq; heres dici potest: In extraneis enim, jus heredis eo ma-
ximè tempore inspiciendum est, quo adquirunt hereditatem §. in
extraneis 4. vers. nam jus. J. de hered. qual. & diff. l. in tempus 62. ff. de
bcred. instit. l. non oportet. 52. ff. de de leg. 2.

XXXIX.

Porro: Exheredatum jura sepulchralia retinere supra aph. XX.
latius demonstravimus. De emptore hereditatis, An & hoc jus
ad eundem pertineat, graviter controversitur? Id quidem prin-
cipio dicendum videtur, quandoquidem in hereditatis venditio-
ne tota venit hereditas, & venditor emptori præstare tenetur quic-
quid ad ipsum pervenit usque ad tempus contractus: Jus autem
sepulturæ hereditate contineri constat. Dein emptor hereditatis
successor est universitatis l. nec ullam 13. §. 8. ff. de per. her. vicemque
heredis quoad effectum sustinet l. 2. §. 18. ff. de hered. vel act. vend.
l. 9. in fin. ff. comm. præd. In negativam tamen procliviôres sumus,
præsertim quod non universali, sed singulari, emptionis sc. titu-
lo hereditatem tenet, arg. l. 2. C. de hered. vend. heres itidem nullo
modo dicitur: Sepultura vero hereditaria, sicuti solis heredibus
constituitur l. 5. & 6. vers. jure hereditario ff. de religio. ita ad so-
los heredes pertinet. l. jus sepulchri C. eod. atq; ita heres etiam post
hereditatem venditam heres permanet & jure sepulturæ fruitur,
argumento eorum quæ habentur d. aph. XX.

XL.

Sed antequam hinc abeamus, unica adhuc restat expe-
dienda acris disputatio: An jus sepulturæ ad heredem fidei com-
missarium pertineat? Negativam tuentur Donel. VII. Comm. 29.
Fachin. 10. contr. 94. idq; ob textum in l. quia 42. §. 1. ff. ad sc. Tre-
bell. ubi dicitur: Restitutâ hereditate (fidei commissario scilicet)
jura sepulchrorum manent apud heredem, (puta fiduciarium,)
juncto §. 3. ibi nihilominus heres manet 7. de fideic. libert. Et hæc
quidem

quidem communis Dd. sententia est, cui adstipulatur Petr. Greg. Tholos. *Synt. jur. lib. XLII. c. 29. n. 18.* Dissentiunt tamen nonnulli Neotericorum, statuentes, manere quidem hæc jura sepulchralia apud fiduciarium *d. l. 42. §. 1. ff. ad Sc. Trebell.* transire tamen ac communicari etiam cum fidei commissario: Præsertim cum ea sepulchra heredibus *l. 5. ff. de religios.* imò cæteris successoribus qualibuscunq; constituentur *l. seq. pr. ff. cod.* Quæ sententia utpote benignior an defendi possit, videbimus. Neq; movet responsio Donelli, quod *d. l. 6.* intelligenda eo casu sit, si unius non duorum generum sint successores: Constat enim, quod & is cui bona addicta sunt, jura sepulchrorum habeat *l. 4. §. 21. ff. de fid. libert.* quanto igitur magis fidei commissarius? Et dubitandum non est, si concurrant aliqui jure Civili, alij Prætorio succedentes, quin utrisque ea jura communia sint *d. l. 4. §. 21.* cum tamen sint duorum generum successores. Naturæ itidem hujus juris non adversatur inter plures communicari, cum & ex hereditis unâ cum heredibus competant. *l. 6. pr. ff. h. t. Chiflet. lib. IV. de fidei com. c. 6. p. 1066. Hilliger. ad Donell. 7. Comm. 25. E. Diss. Didac. Covarruv. rubr. de Testam Tom. 1. c. 16. §. 9. n. 14.*

XLI.

CONSERVATIO.

Hactenus de Acquisitione juris Sepulturæ: subsequens est, ut quomodo conservetur consideremus. Conservatio autem consistere videtur causâ finali & Effectu. In ijs enim utilitas sepulturæ continetur, ijsq; de causis conservari consuevit.

XLII.

Finalis vero causa introducendi hujus moris, ut defunctorum corpora humo tegerentur quæ fuerit, de eo non idem omnibus videtur, uti latius deducit Hugo Grot. *de jur. belli & pac. lib. II. c. 19. n. 2.* Non possumus quin hic adscribamus elegantissima hanc in sententiam verba, Jul. Cæs. Scalig. *lib. III. Poët. c. 20.* Sunt, inquit, *cognata nobis semina quadam immortalitatis, cujus adeo appetentes sumus ut & sepultura prospiciamus: & nolimus cadaver nostrum malè haberi. Non quemadmodum vacordes quidam, quorum sententia*

793.
ria illa stulta animam nostram à corpore solutam interire, atque idcirco nos esse sollicitos ejuscemodi diuturnitatis. Sanè horum pecudum animi tam insipidi, nunquam vixerunt ipsi cum suis sententiis. Humanum verò ingenium, quod anima nostra vis est, cum se sciat immortale, optat illud quoque, ut & corpus ipsum quoque & comes & domicilium suum, quoad fieri possit eadem felicitate perfruatur. Hæc ille. Cæterum nos Christiani, sequentes potissimum ob causas cadavera defunctorum terrâ condimus, I. Ob divini oraculi promulgationem *Gen. III. vers. 19.* Terra es & in terram reverteris: Quod non solummodo Adamo dictum, sed & Græci passim Latinique agnovere: Unde illud Ciceronis ex Euripide:

Reddenda terra terra

Et Euripides hoc ipsum argumentum ex persona Thesei in supplicibus tractans, sic inquit:

*Jam finite terra mortuos gremio tegi:
Res unde quæq; sumpserat primordium
Eo recipitur: Spiritus cælo redit
Corpusq; terra. Jure nec enim mancupi
Sed brevis ad ævum tempus utendum datur:
Mox terra repetit ipsa quod nutriverat.*

Eaque propter terra mater omnium nostrum appellatur *Syr. XLI. 1.* & Salvator ipse ac D. Paulus granis in terram projectis corpora piè defunctorum, ad confirmandam resurrectionis spem, compararunt *Job. XII. 24. 1. Cor. XV. 37. 38.* atque ita in linguâ nostra vernaculâ coemiteria, agri Dominici, Gottes Acker / in quibus scilicet corpora piorum, velut quædam grana in spem futuræ messis seminantur, indigitari consueverunt. II. Ob sepulchrorum nostrorum per Christum factam consecrationem. III. Ob exempli in Sancti Dei viris & sanioribus Gentilibus imitationem. Antiquissimo enim & perpetuo non solum Ecclesiæ, sed & gentium usu receptum fuisse, ut defunctorum corpora terrâ conderentur, supra in præloquio & passim demonstratum dedimus, Videri latius poterit B. Gerhard. *locor. Theologic. tom. VIII. tit. de Morte n. 8.*

F

XLIII.

XLIII.

Et hæc de Causa finali. Effectus constituti & acquisiti juris Sepulturæ maximè consistit in ejus usu. Qui tria potissimum respicit. (1) Facultatem habendi possidendivè. (2) Potestatem utendi fruendi : Denique (3) libertatem alienandi, arg. eorum quæ de Emphyteusi elegantissimè tradit Bocer. *claf. 2. dis. 14. th. 47. & seqq.*

XLIV.

Facultas habendi ac possidendi efficit, ut quis ipse, ejusque heredes vel familia jus sepulturæ regulariter habeant: hujusque intuitu concedit liberam simul hujus juris defensionem; non tantum judicialem per legitimè competentes actiones exercendam, de quo paulò post acturi sumus; Verum etiam extrajudicialem, arg. *l. ii. junct. l. qui possessionem 14. ff. de vi & vi arm. l. i. C. unde vi.* Deinde, potestas utendi fruendi hoc adfert, ut liberè mortuum sepelire, omniaque quæ ad ejusmodi actus expeditionem pertinent peragere, quæ verò impediunt remove audeat; Ita tamen ut omnis evitetur abusus. Quâ de re cum superius *aph. XI. & seqq.* latius actum fuerit, crambem bis coctam hic adferre nolumus. Libertas deniquè alienandi tribuit, ut jus sepulturæ vel titulo lucrativo vel oneroso, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem transferre non impediatur. Omne enim jus omnisque actio alicui competens, regulariter cedi alienarive potest arg. *l. nomina 17. & l. 19. & t. t. ff. de hered. vel act. vend.* uti pluribus explicat, Magnif. Dn. Johannes Strauch, Ordinarius quondam Nobilissimæ Facultatis Juridicæ in hac Wittebergensi celeberrimus *dis. de Action. Cession. th. 86. & seqq.* Eaque alienatio tam pro parte quam totaliter fieri (alteri sc. obligando vel in parte loci concedendo) permittitur. Qui enim potest id quod majus est, ei id quod minus est denegandum non erit, per reg. *in c. plus semper. de R. J. in 6.* Cæterum, quatenus & in quantum alienatio ista licita sit, proximè præcedentibus aphorismis, ubi de alienatione, ejusque titulis tam onerosis quam lucrativis expresso egimus, latius explicatum est; quocirca ea hic non attendimus.

XLV.

XLV.

Diximus aph. præcedente, ad conservationem juris sepul-
turae spectare actiones legitimè competentes: Proximum igitur
est, ut earum delibationem instituamus. Varia autem & qui-
dem sparsim in jure nostro inveniuntur remedia pro hoc jure
competentia, quæ melioris ordinis ergò distinctim subjecie-
mus.

REMEDIA
pro JureSe-
pulturae
competen-
tia.

XLVI.

Notandum autem id quam maximè est, quasdam actiones
ipsum funus seu jus sepeliendi treri, quasdam sepulchrorum no-
mine proditas esse, unam autem pro impensarum in funera aliena
factarum repetitione competere. Prima quæ ipsum funus respi-
cit, Actio in factum est, competens adversus eum, qui mortuum
intulit, & jus inferendi non habuit; de eâ Prætor sic edicit: *Sive
homo mortuus, ossave hominis mortui in locum purum alterius, aut in id
sepulchrum in quo jus non fuerit, illata esse dicentur: Qui hoc fecerit
in factum actione tenetur, & pœna pecuniaria subicietur. l. 2. §. prætor
aut. 2. ff. de religio. Adpellatur autem hæc actio in factum (quia
facto inferens damnum molitur) ac competit, ut is tollat quod
intulit, aut loci pretium præstet l. is qui intulit 7. ff. h. t. Idquæ in
arbitrio inferentis est positum arg. l. plerumq; 10. §. fin ff. de jur. dot.
quod etiamsi iniquum videatur, cum nemo invitus suum (nisi in
casu l. 1. C. de com. serv. manum) vendere cogatur, arg. l. 9 ff. rer.
amot. l. 1. C. de his qui a. non dom. man: tamen in favorem religionis
constitutum existimat Gloss. ad l. 7. lit. E. ff. h. t. arg. l. sepulchrum 12.
ff. eod. Tiber. Decian. tr. Crim. lib. VI. c. 41. n. 7. Perpetua est & rei perfe-
cutoria, unde & heredi & in heredem datur l. 7. h. t. & hoc pecu-
liare habere videtur; cum aliàs actione pœnales in heredem re-
gulariter non competant, l. 33. ibique Gothofr. ff. de O. & A. §. 1.
7. de perp. & temp. act. Opus verò quam maximè eâ actione fuit,
non quidem ob eam rationem, quod ejusmodi illatione locus re-
ligiosus fiat, quemadmodum malè existimat Finckelthaus de jur.
sep. concl. 45 lit. A. id enim contrariatur expressis juris textibus l. 2.
§. 7. cum §. seqq. l. 4. & passim. h. t: Sed quod non ita, sicuti in
rebus prohanis cœteris l. 29. §. 1. ff. ad l. aquil. licitum sit corpus sive
ossa illata propriâ autoritæ effodere vel transportare l. ossa 8. in*

F 2

pr. ff.



pr. ff. h. t. l. 39. eod. l. 1. l. pen. C. de relig: Wes. π. ff. h. t. n. 4. & novissimè Dn. Frantz. Comm. D. eod. n. 14. Datur autem hæc actio non solum Domino, verum & ei, qui ejusdem loci habet usum fructum *l. ossa 8. §. 4. ff. h. t. vel aliquam servitutem; quia jus prohibendi etiam hi habent. l. 2. §. 7. & 8. eod.* Non vero bonæ fidei possessori *l. 2. §. 1. h. t.* An vero socio contra socium? Negativam tueri conabimur, moti claritate textus *in l. 2. §. 1. vers.* An socius *ff. h. t. Graviter licet obstantibus l. Si quis 6. §. 6. ff. comm. divid. & l. 39. ff. pro socio.* Sanè quod hæc actio pœnam pecuniariam continet id eo casu accipiendum videtur, quando in locum jã antea religiosum cadaver alterius infertur; tum enim loci æstimatio haberi nequit, ut ita pœna in locum pretij succedat, secus si locus prophanus fuerit. *arg. l. 7. h. t.* Pœnam autem pecuniariam centum aureorum esse, existimant Azo & Gloss. *ad. d. l. 2. §. 2. arg. l. 3. ff. de sep. viol.*

XLVII.

Altera quæ pro funere ducendo competit actio, itidem in factũ est, priori contraria, quæ datur ei qui prohibitus est mortuum inferre in eum locum, quo jus ei inferendi esset, per quam consequitur, quanti ejus interfit, prohibitum non fuisse. *l. 8. §. fin. ff. de religios. Wes. π. h. t. n. 5.* Eoque verba hujus rubricæ finalia, (ut funus ducere liceat) refert Wesb. *d. l.* quæ tamen rectius ad *l. 38. eod. tit.* ubi ad curam magistratus, ne corpora aut ossa mortuorum detineantur aut vexentur, neve prohibeantur, quo minus viã publicã transvehantur, aut quo minus sepeliantur, pertinere dicitur, respicere existimamus. Cujac. *π. h. l.* Cadit autem in eam computationem (quanti interfuit) loci pretium, aut conducti merces, item sui loci pretium; quam quis nisi coactus esset religiosum non fecisset *l. liberum 9. ff. h. t.* Deindè non solum ei qui impeditur mortuum inferre datur hæc actio, sed & ejus heredi; perpetuò enim competit, & rei persecutoria est, *d. l. 9. in fin. vers.* nam ut apparet. Sed utrum in iniustè prohibentis heredem? Id quidem negat Cujac. *8. Obs. 12.* & in eandem sententiam inclinare videtur Gothofr. *ad. d. l. lit. D. & i. 20. ff. de LL.* dum exemplum hic reperiri statuit *d. l. 20.* non omnium quæ à majoribus constituta sunt, rationem reddi posse. Contrarium tamen verius videtur, ob

tur, ob rationem, quod perpetuò competit. *d. l. 9. in fine ff. b. t. c.*
 deoquè & in heredes. *vid. l. 7. §. 1. 31. S. hac actio 2. ff. b. t.* Differt
 autem hæc actio à ~~prohibita~~ ^{Subsequenti} eodem nomine prodita: quia
 per eam saltem agitur rectâ & tantum cōtra factum impediētis,
 nec plus intenditur, quam ut defuncti sepultura non gravetur.
 Per hanc vero non agitur ad remotionem impediēti, sed præ-
 stationem q̄ interesse. Illa datur impedito duntaxat contra
 impediētem, hæc etiam heredibus, & (sicuti paulò infra dice-
 tur) contra heredes, cum pecuniariæ quantitatis ratio in eam de-
 ducatur. Illa sepulto defuncto expirat, hæc perpetuò durat.
 Haersolte in *advers. act. p. 2. π. act. 40.* Hodie, postquam Chri-
 stiani non solum in incoemiteriis, tam intra quam extra urbem
 sepeluntur, licebit nobis ob impeditam vel denegatam in iis sepul-
 turam, modo ea secundum civitatis statuta & cujusque loci mo-
 res petita sit, hisce actionibus sive interdicto experiri. *Dd. com.*
Georg. Schulz Syn. Inst. ad §. 1. J. de interd. A.

Subsequenti

XLVIII.

Descendere hinc videtur privilegium illud funeris, quo ca-
 daver debitoris defuncti propter æs alienum honestâ sepulturâ; im-
 pediri prohibetur, Idque sub pœna quinquaginta librarum auri,
 aut si auro præstari nequeat corporali *l. final. C. de sep. violat. l. pen.*
ff. que sent. sine ap. resc. Jure vero novo Creditor debitum
 amittit, & præter tertiam partem bonorum fisco applicandam,
 infamiâ notatus, tantundem insuper de suo, defuncti heredibus
 persolvere tenetur. *Auth. Item qui domum. C. de sep. viol. Nov. 60.*
c. 1. Nov. 115. c. 5. §. 1. Qui enim, inquit Imperator, hominis
 naturam non erubuit, dignus est & gloriâ & pecuniâ aliisq; rebus
 mulctari: Siquidem contaminata defunctorum religio pœnam
 Sacrilegii habet. *l. pergit audacia. 5. C. de sep. violat.* Ratio est:
 Quia interest Reip. mortuorū corpora quam citissimè mandari se-
 pulturæ, ne cadavera foetorem excitent, pestemque aliosve mor-
 bos causentur. *Boer. dec. 182.* Elegantissimè Didac. Covarruv.
lib. II. var. resol. c. 1. n. 10. Ex quâ facilè corrui interesse credi-
 torum, quod forsân prætendunt, cum ratio publicæ utilitatis
 cuicunque commodo privato sit anteponenda *arg. l. 1. ff. solut. ma-*



trim. Coler. de proc. Execut. p. 1. c. 2. n. 119. Eaque in tantum procedunt ut quamvis defunctus ex sententiâ latâ teneatur satisfacere Creditoribus, aut etiam si in instrumento producto à creditoribus, ad incarcerationem se obligarit, nihilomags tamen arrestum cadaveris non admittendum sit. *Felin. inc. sicut Judæi. n. 1. X. de Judæis. Sneyd. §. 1. de Interd. n. 43. & 44. in terminis Ant. Gomez. var. Res. lib. II. de qual. contract. c. II. n. 56. & frustra in contrariū sunt Angel. ind. Nov. 60. c. 1. ac Hippol. de Marsil. in l. fin. n. 63. vers. item adde prædictis ff. de quest. item in sing. 199.* Id tamen hic loci omninò tenendum est, quod si contingat, ut heredes obæratî debitoris magis profusè sumptus impendant, quam bona permittunt, funus amplius facturi, quam pro conditione necessum foret: Eo casu non culpandum omninò Creditorem, qui æris sui rationem habens, non tam pietatem & religionem, quam luxum impedire cupit, imò ei ex æquo & bono subveniendum. *l. & si 14. §. 8. & 10. ff. de relig. Mind. de interd. tit. 2. n. 32.*

XLIX.

Huic itidem adfinè est privilegium quod habetur in Nov. 115. c. 5. §. 1. *vers. sancimus*; ubi non modo ipsa defunctorum corpora eorumquè sepulturas impedire vetat Imperator, sed gravissimè taxat illius Creditoris crudelitatem, qui cujusdam mortui genitorem, à sepulturâ filii sui redeuntem debiti nomine detinuit: Additâ piissimâ hâc sâctione, nulli penitus licere, parentes, liberos, agnatos vel cognatos & adfines, aut alios heredes & fidejussores defunctorum debitorum, ante novem dierum spatium, in quib9 lugere videntur conveniendi, aut quoquo modo inquietandi &c. omniaq; quæ in contrarium fiunt irrita esse jubet *l. Idq; etiam voluerunt l. 2. & 3. ff. de in jus voc. l. 30. ff. de judic.* Hinc excusatur à pœnâ Edicti, *si quis cautionibus &c.* qui funeri domestico operam dans, in judicio die statâ non comparet. *l. sed etsi 4. §. 2. ff. si quis caut.* Cui consentit jus Saxonicum. *Landr. lib. I. art. 22. & gloss. verb. der Erbe magh wol.* Quo tamen, ut & hodiè de jure Communi, novem isti dies ad 30. extensi sunt.

L.

Tertium ipsum funus respiciens juris remedium, est Interdictum

Actum de Mortuo inferendo, Quo Prætor vetat vim fieri ei, qui mortuum vult eò loci inferre & sepelire, quo inferendi & sepeliendi jus est, invito etiam prohibente. *l. 1. in. pr. §. 1. ff. de mort. infer.* Simile hoc interdictum actioni in factum est, qua is agit in id, quod suâ interest prohibitum non esse mortuum inferre, de qua apud XLVII. actum fuit. In eo tamen ab actione in factum differt, quod eâ tum demum, quando inferens vim facienti cessit, & mortuum alio intulit competat. Hoc vero interdicto, invito etiam prohibente inferat; Tib. Decian. *tr. Crim. lib VI. c. 41. n. 3.* Ipsi enim facto obstitit, vimque fieri vetat, & non exactam cognitionem, sed paratam habet executionem, utpotè in simplici verborum conceptione (ut & alia interdicta omnia *l. ult. ff. de vivis*) ac officio Prætoris consistens; qui interdicit, **Ne vis fiat mortuum inferenti**, donec de jure Sepulturæ ordinariè agatur, ac diligentior fiat cognitio. Per interdictum removetur impedimentum, per actionem ex Edicto tantum ad interesse agitur, impedimento omisso. *Wes. π. ff. h. t. n. 2.* Proinde prohibitorium est, *l. 1. §. 4. ff. h. t. l. 9. ff. de relig. §. 1. 7. de interdict.* veluti proprietatis causam conticiens: *l. 1. §. 2. h. t. l. sunt persone ff. de relig.* Optimâ autem ratione Prætor hoc Interdictum proposuit, tum in favorem religionis *l. 1. §. 6. ff. h. t.* (unde & de religione appellatur in *l. 2. §. 1. ff. de interdict.* Eleg. Gothofr. in *l. si nulla 28. ff. de religios. lit. O.*) tum ratione utilitatis publicæ *l. 43. ff. de relig. l. fin. C. de sep. violat.* & privatæ, ejus scilicet cui jus Sepulturæ competit, ut conserve possessionem arg. *d. l. quod si 28. in fin. de relig.*

LI.

Actio vero hujus interdicti non popularis est, sed Domino proprietatis competit, ejus nimirum loci in quem inferre mortuum fatagit *d. l. 1. §. 2. h. t. l. 43. ff. de relig.* Ideoque & heredibus datur ad ejusmodi juris prosecutionem, in heredes verò non porrigitur, quia ex delicto est. Oldendorp. *clas. 2. act. 9. tit. de mort. infer. n. 2.* Contra prohibentem inferre, quâ directò, quâ in consequentiam, id est, sive prohibeatur inferre in locum, sive in itinere

arcea-

arceatur. *l. 1. §. 1. h. t.* sive eâ viâ quæ debetur fundo in quem inferre quis vult, prohibeatur, *d. l. 1. §. 3. eod. l. si venditor 10. ff. de relig.* Quare non est ut existimet quis, frustra nos esse, cum hasce formulas actionum & interdictorum sepulchralium hic pertractamus, si quidem longè alia hodiè sit ratio sepulchrorum quam olim, utpotè cum certa habeamus Cœmitera, templa, porticus, ad quæ viâ undiquaquè publicâ citra ullius impedimentum funus duci queat! Is ceterè multum erraverit: Quasi enim plurima accidere non possint, quibus, vel ob inundationem, hostilitatem, vel aliam gravem ob causam viâ publicâ uti prohibeamur? Præsertim cum ex castris, pagis &c. ad locum sepulchrorum funera aliquandò sint deducenda. Quomodò & alias extra religionis causam sæpè per agros & prata vicinorum necessariò transeundum, & eorum forsan admodum morosorum, & sicut experientia docet, gladiis & sclopetis iter prohibentium attentatis compescendis consulendum: Quid his talibus quæso in causis hisce interdictis salubrius? Considera humanæ vitæ societatem ac necessitatem, & multis quæ in iudicio sæpè moventur quæstionibus, regiâ interdictorum autoritate obviabis; uti præclare inquit Mindan. *de Interd. tit. 2. n. 51.* Cæterum cessat hoc Interdictum aliquot casibus, tam respectu prohibentis, si non petulantiam motus sed justâ causâ adductâ prohibuerit, uti est casus in *l. 2. ff. de t. quam respectu prohibiti*, si propius ædificium alienum intra legitimum modum (*vid. l. fin. ff. fin. reg.*) inferre volens prohibeatur, nisi semel sciente Domino mortuus fuisset illatus *l. 3. §. 1. ff. de mort. infer.* Deinceps ratione loci cuius sit prohibito, si ille mere sit alienus arg. *l. 2. §. 1. l. 7. junct. l. 8. ff. de relig. l. 2. C. eod. l. Divus 16. ff. de serv. rust. præd.* aut publicus, modo tamen ipse ad hoc non sit destinatus arg. *l. 11. §. 3. C. de edific. priv.* aut sacer *l. 1. ff. ne quid. in loc. sacr.* Concurrit denique cum hoc interdicto quam sepius lex Julia de vi publicâ. *l. qui cætu. 5. ff. ad l. Jul. de vi publ.*

LII.

Tantum de remediis pro funere competentibus. Proximum est, ut & ea quæ ipsum sepulchrum concernunt despiciamus. Quartum igitur in ordine remedium est Interdictum de Sepul-

799

Sepulchro ædificando, quo prohibet Prætor, ne vis fiat ei, quo minus eo loco ædificet, in quem mortuum inferendi jus habet. *l. 1. §. 5. ff. de mort. infer.* Inventum hoc remedium est, ut compescatur eorum malitia & invidia, qui monumenta extructuris, quoquo modo impedimenta obijcere audent. Neque destituitur ratione: Religionis enim interest monumenta extrui & exornari *l. 1. §. 6. ff. eod.* Competit autem hoc interdictum adversus illum (1) qui sepulchrum ædificare prohibet eum, qui ipso invito mortuum inferre potest in ejusmodi locum, in quo sepulchrum sine dolo malo ædificare cupit, *d. l. 1. §. 5. b. t.* qualis locus etiam is est, qui propius ædes tuas situs, intra tamen legitimum spatium, (de quo *d. l. fin. ff. fin. reg.*) in quem locum sciens passus est ab initio mortuum inferri *l. 3. §. 1. b. t.* Prohibet autem ædificare is, qui prohibet materiam conveyi, quæ ædificio necessaria sit *d. l. 1. §. 8. b. t. l. 4. & 5. ff. de itin. act. priv.* item operi necessarios venire, aut machinam alligari *d. l. 1. §. 8. b.* (2) Adversus eum qui prohibet ne vetus collapsum reficiatur *d. l. 1. §. ædificare 9. b. t.* Si enim in monumento quod imperfectum esse dicitur, reliquæ hominis conditæ sunt, nihil impedit quo minus perficiatur. *Vid. l. 44. & §. 1. ff. de relig.* Quod si verò locus religiosus jam sit factus, non poterit quis reficere, nisi Pontifices ante exploraverint, quatenus Salvâ religione desiderio reficiendi operis medendum sit. *l. ult. §. ult. b. t.* (3) Denique contra illum qui id agit ut labatur Sepulchrum. *l. 1. §. fin. b. t.* in quem etiam Sepulchri violati datur actio. *l. 3. ff. de Sep. viol.* Gothofr. *ad d. l. 1. §. fin. b. t.* Non verò tenetur hoc interdicto, qui in suo solo jure prohibet machinam poni. *l. 1. §. 8. vers. cæterum. ff. b.* neque is qui usumfructum vel servitutem habet ejus loci in quo machina ponitur *d. §. 8. vers. si tamen. eod. arg. l. 2. §. 7. 8. l. 8. §. 4. ff. de relig.* Ob strictam maximè rationem *l. 43. ff. eod.*

LIII.

Quidam ad vendicandam Sepulchrorum religionem, Interdictum, Ne quid in loco Sacro fiat, hîc loci adducunt, utpote quod appellatione Sacrorum Sancta loca veniant atque religiosa: Sed cum his per Interdicta de mortuo inferendo & Sepulchro ædificando (de quibus in aphorismis proximè præcedentibus) ut &

G

mox

mox subsequenti actione de sepulchro violato satis prospectum sit, operæ pretium forsitan non erit, ut ad ea hoc interdictum extendamus.

LIV.

Rectâ potius viâ progredimur ad actionem de Sepulchro violato, tanquam quintum in ordine pro Sepulchro competens remedium. Actionis autem hujus ratio summam sapit humanitatem, atque ex religionis fonte provenit. Læsæ enim religionis crimen Sepulchri violati est *l. 1. C. b. t.* quo contaminata religio defunctorum in piaculum incidit *l. pergit audacia 5. C. eod.* summæque immanitatis ac sceleris est, quietem mortuis invidere *l. nemo 3. C. de Episc. audisnt.* Varijs autem modis violantur Sepulchra, quos hic recensere nimis longum foret: Neque enim integra Commentaria hîc tradere proposuimus, ad exemplum Wesenbecij *π. ff. de usurp. & usucap. n. 14.* Latè de ijs Tiber. Decian. *pract. Crim. lib. VI. c. 42.* & Mejer *Colleg. Argentorat. b. t. n. 4.* ubi quoties ex hoc crimine nascatur actio ordine prosequitur. Competit autem hæc actio ei, ad quem ea res, *l. 6. ff. b. t. l. 4. vers. si quis propria C. eod.* siue jus sepulchri pertinet, *l. 3. §. 9. ff. eod.* Quo deficiente extraneo cuivis de populo agere licitum est *l. 3. pr. vers. si nemo erit ff. b. t.* Unde & Popularis dicitur *l. 3. §. fin. ff. eod.* Non tamen propterea quod popularis appellatur Publica est, sed potius retinet naturam privatæ actionis quam popularis, idque ex eo probatur; Quia in popularibus actiombus Procurator à parte Actoris intervenire non potest *l. qui populari. 5. ff. de popul. act.* attamen in hæc admittitur *l. licet 42. ibique Gothofred. ff. de Procurat.* ubi in verb. *multo magis* glossa in hanc sententiam elegans id innuit. Intelligendum autem id volumus, dum Civiliter agitur, non verò Criminaliter. Quod si enim Criminaliter agatur quasi (non reverâ, quia non recensetur in *l. 1. ff. de publ. judic*) publica dici potest. Accurs. in *l. 3. §. 11. verb. cessat ff. de sepul. viol.* Idque evincit textus in *l. 4. vers. si quis alius accusaverit C. eod. arg. l. 8. ff. b. t.* Et ratio est, quia ad vindictam agitur *l. 6. vers. magis ad ultionem l. 10. in fin. ff. eod.* Tum ex pœnis quæ infliguntur Sepulchrum violantibus, enumeratis in *l. fin. ff. b. t.* colligi potest. Si Autem is cujus interest agere nolit, postmodum vero extraneo agente pœni-

Q.

801
pœniteat, annum audiendus sit, quæstionis est? Et quamvis lex
litem omissam pœnitentia instaurari vetet *l. postquam liti 4. C. de
pact.* contrarium tamen hoc in casu decisum est in *l. 3. §. 10. ff. b. t.*
modo ante litem contestatam pœniteat, unde argumento à con-
trario sensu deducto postea excludetur. Eleganter Tiber. Deci-
an, *tract. Crim. lib. VI. c. 41. n. 19.*

L V.

Deinde datur hoc remedium Heredi suo & necessario, quam-
vis bonis se non miscuerit: Neque etiam hæc actio intentata se
miscere videtur. Licet enim per hereditatem obtingat, nihil ta-
men ex defuncti capitur voluntate: Id etiam non capitur, quod in
rei persequutione, sed in solâ vindictâ est constitutum. *l. quæsitum
10. ff. b. t. l. pro herede 10. §. final. ff. de adquir. vel amit. hered.* Datur
ad hæc Dominis fundorum in quibus Sepulchra fecerunt, etiam
post venditos fundos *l. 5. ff. b. t. l. 10. ff. de religio.* propter jus Sepul-
chorum quod retinent *b. l.* Et denique Filco ex *l. 3. §. 5. ff. de sep.
viol. l. 2. 3. 4. C. cod.*

LVI.

Competit autem hæc actio generaliter adversus omnes, qui
dolo malo Sepulchra violarunt *l. 3. pr. §. 1. §. 7. ff. b. t.* Idq; quam-
pluribus accidit modis, quos uti apud præcedenti proximo dictum,
hic non moramur: Tum adversus Servum qui in sepulchro habi-
tat, vel ibi ædificavit *l. 3. §. 11. b. t.* Nec non eum qui in demolien-
dis sepulchris fuerit deprehensus sine scientiâ Domini *l. 2. C. cod.*
Item contra Dominum scientem *d. l. 2.* & alios qui videri possunt
apud Tib. Decian. *tract. Crim. lib. VI. c. 42.* Quinam vero ab hæc
actio, eamque subsequenter pœnis excusentur, tradit idem De-
cian. *d. lib. VI. c. 44. per tot.*

LVII.

Et primò quidem Actio in factum à Prætoze inventa pecu-
niaria est; *l. de sepulchro 9. junct. l. 3. pr. & §. 8. ff. de sepulchro viol.*
quâ violator sepulchri pro judicis arbitrio condemnatur quan-
tum ei æquum videbitur, si scilicet Actor sit cognatus vel defun-
cti propinquus, aut jus sepulchri ad eum pertineat *l. 3. pr. ff. b. t.*
Quod quidem arbitrium ita moderandum erit, ut nunquam
minoris condemnet, quam condemnaret extraneo agen-

te ; Et consequitur Actor interesse omne , habeturque ratio tam lucri ejus qui violavit , quam damni quod contigit ex temeritate hoc crimen committentis. *l. 3. §. qui de sepulchri 8. ff. eod.* Menoch. *arbit. Jud. quest. lib. II. cent. 4. cas. 387. n. 7.* Decian. *d. lib. VI. c. 41. n. 8.* Extraneus verò si agat (quod ei utique licet si nullus ex propinquis agere velit. *l. 3. verb. si nemo erit. ff. h. t.* quoniam actio hæc popularis est *d. l. 3. §. ult. eod.*) tunc violator in centum aureos condemnatur *d. l. 3. vers. ei centum aureorum ff. h.* Coler. *Decis. 147. n. 5.* Qui casus extenditur, ut etiam locum habeat cum extraneus agit absente eo cujus interest, etiam si Reip. causâ absit : Licet enim is reversus fuerit tamen extraneus non impeditur *l. 6. h. t.* An vero hæc in factum actio infamiam irroget, quæstionis est ? Dubitationem movet Gloss. *in c. sicut Judæi. 9. verb. effodere, vers. alij dicunt. X. de Judæis & Sarac.* Contrarium autem expressus textus in *l. 1. ff. h. t.* innuit Wes. *π. ff. eod.* Coler. *d. Decis. 147. n. 5.* Quod si verò in loco sepulchri ædificet quis, vel in eo habitaverit, vel quid aliud quam quod sepulchri causâ factum est habuerit, in eum si quis eo nomine agere velit, ducentorum aureorum judicium promittit Prætor *l. 3. vers. si quis in sepulchro. ff. h. t.* Unde eam actionem sicuti & præcedentem popularem esse satis constat. Pœnæ autem harum actionum actori, non fisco applicandæ sunt ; Tum quod iis actionibus interesse privatum prosequimur agentes *d. l. 3. §. 8. ibi ex damno quod contigit ;* tum quod pœna fisco applicanda expressè ab hæc separatur *l. qui sepulchra 4. C. h. t.* Et regulariter in omni populari actione per litis contestationem actor fit creditor *l. ut si cui 12. ff. de V. S.*

LVIII.

Altera à Constantio Imperatore inventa ac promulgata pœna itidem pecuniaria est ac Fisco cedit *l. qui sepulchra 4. C. de sep. viol.* Eâq; afficiuntur, qui non cadavera defunctorum spoliant, sed sepulchra tantum violant, epitaphia, imagines, statuas, columnas & alia monumenta frangendo & auferendo. Pœna autem est ut decem pondo auri mulctentur : Eamq; hodiernum tam de Jure Communi, Prosp. Farinac. *pract. Crim. lib. I. tit. 3. q. 20. n. 120.* quam Saxonico (u t potè quo pro ejusmodi facinore specialis pœna definita non reperitur) adhuc obtinet : Quemadmodum ita
Scabi-

Scabios Lipsienses Anno 1568. respondisse attestantur Berlich.
p. 4. concl. pract. 47. n. 41. Dn. Carpzov. prax. Crim. p. 2. q. 83. n. 66.
 Quod verò operosè disputat Finckelth. *diff. d. jur. sep. concl. 50.* An
 hæc pœna tollat præcedentem Prætoriam, seu præjudicet capitali,
 de quâ in *l. 3. §. adversus 7. ff. h. t.* an verò concurrat cum eisdem,
 id minus difficultatis habere arbitramur. Siquidem hæc pœna
 pecuniaria quæ decem pondo auri est, non ad idem tendit cum eâ
 quæ Prætoriam est & capitalis: Sed diversæ pœnæ impositæ sunt ra-
 tione diversitatis facti: Si enim cadavera ipsa molestiâ affician-
 tur, violatores illi pœnâ afficiuntur corporali, & ita intelligenda
l. 3. §. adversus 7. ff. h. t. Sin vero marmora tantum, cementa & si-
 milia sepulchrorum causa posita amoverint, pœnâ tantum mul-
 ctantur pecuniariâ, qui est sensus *l. 3. §. li. 4. C. eod. Menoch. de
 re cuper. posses. remed. 9. n. 375.*

LIX.

Tertia ultimi supplicij est. Constituta in eos, qui defuncto-
 rum sepulchra violant, extrahendo cadavera atq; eruendo ossa.
 Humiliores enim summo afficiuntur supplicio: honestiores in
 insulam deportantur, aut relegantur, aut in metallum damnantur
l. final. ff. h. t. Qui vero spoliant tantum corpora sepulta, ex
 constitutione Divi Severi, si armis id fiat capite plectuntur, si ve-
 rò sine armis in metallum damnantur *d. l. 3. §. adversus 7. ff. eod.*
 Idem constitutum Jure Saxonico *Constit. Nov. Elect. August. p. 4.
 const. 34. verb.* Wo die Todtengräber oder andre die Todten wie-
 derumb auffgraben / dieselbige berauben / vnd darnach wieder ein-
 scharren / So ist die Straffe willkürlich / als das sie mit Ruthen ge-
 steupet werden; Es weren den andere Umstende worumb die
 Straffe zu schärffen / Als do Sie die Todten Leichnamb vnbegra-
 ben Liegen lassen / oder offtmals solche Missethat be gangen / oder
 aber mit gewehrter Handt verbracht hetten: In diesen oder der-
 gleichen fällen / sollen die Thäter mit dem Schwert gestraffet wer-
 den. Pœna verò rotæ quâ spoliatores sepulchrorum & Cœmite-
 riorum non minus atque Latrones puniti voluit jus Saxonicum
Vetus Landtr. lib. 2. art. 13 verb. Alle Mörder vnd die den Pflug
 berauben / oder Mühlen / oder Kirchen / oder Kirchhöfe &c. die sol
 man alle Radebrechen. si generaliter accipienda, nimis rigerosa



videtur, hodieque non frequentatur. Vide omnino Berlich. p. 4. conclus. 47. n. 10. Coler. d. decis. 147.

L X.

Tandem pœna in servos statuta est, qui sepulchra demoluntur. Si enim inscio Domino hoc committunt, in metallum damnantur: Si vero Domino jubente relegantur. l. 2. C. b. t. Menoch. d. cas. 387. n. 15. Huc quam plurimi Doctorum eas referunt pœnas quæ continentur in l. fin. C. b. t. Antb. item qui domum. C. eod. Aut. sed neque C. ibid. Nov. 115. c. 5. de quibus latius aph. XLVIII. & XLIX. Ad finia huic actioni remedia sunt (1) Lex Julia de vi publica l. sepulchri 8. ff. b. t. (2) Lex Julia de Sacrilegiis l. pergit audacia 5. vers. proximum Sacrilegio, & in fin. C. eod. cui ad stipulatur Jus Saxonicum lib. 2. Landt. art. 13. Vid. Coler. 1. decis. 147. n. 2. (3). Interdictum quod vi aut clam l. 2. ff. de sep. viol. Non tamen Actio Legis Aquilæ pro Damno. d. l. 2. Ea enim Domino saltem competit. Nemo autem rei religiosæ, ut est sepulchrum, Dominus propriè dici potest l. in rem. 23. §. 1. ff. de rei vendic. l. quanquam 4. ff. de aq. plu. arcend. Denique (4) Actio injuriarum. l. si statua 28. ff. de injur. l. ossa 8. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 1. §. quotiens 6. ff. de injur. De varietate harum actionum & pœnarum, partim ex religionis favore, partim temeritatis hujus odio dependentium, videri possunt Berlich. p. 4. d. conclus. 47. Menoch. d. cas. 387. Mejer. Colleg. Argent. ad tit. ff. de sep. viol. in fin. & alii passim. Quando verò cessent hæ actiones, tradit Tib. Decian. d. lib. 6. c. 44. per tot.

L X.

Et hæc obtinent in Spoliatoribus eorum cadaverum quæ honesta decorata fuere sepultura. Subsequens esset ut hic loci de iis ageremus, qui cadavera spoliant punitorum, quibus omnino denegatur sepultura. Sed ne in immensum excrescat hæc Dissertatio nostra, præterquam ejusmodi violatores pœnæ arbitrariæ subijcimus, remissum volumus Benevolum Lectorem ad Dd. passim hanc materiam tractantes. Berlich. p. 4. conclus. 48. Boer. decis. 112. Moller ad Const. Elect. Augusti p. 4. const. 34. Dn. Carpzov. J. For. S. p. 4. Const. 34. def. 3. & 4. item Prax. Criminal. p. 2. q. 83. n. 60. & seqq. ac alios.

LXII.

LXII.

Restat ut de sexto & ultimo pro jure Sepulturæ competente remedio agamus: Idque pro impensarum in funera aliena factarum repetitione competit, & Actio funeraria dicitur *l. Et si quis 14. §. 6. §. 12. §. 13. Et passim ff. Et C. de relig. Et sumpt. funer.* Daturque ei, qui per se funerari obligatus non erat, adversus eum ad quem ea res pertinebat, recuperandi ejus nomine, quod juxta legitimum modum (de quo supra *apb. XI. Et XII.*) impensum est *l. si quis 12. §. 2. ff. de relig.* Cujus introducendæ summa fuit æquitas, ut scilicet omnium primus funerator suos consequatur sumptus, sine quâ facilè contingeret ut insepulta cadavera jacerent, neque quisquam de alieno funeraretur. *l. 12. §. 3. ff. eod. l. 12. §. 3. ff. eod.* Sichard. *ad rubr. C. h. t. n. 6.* Illi autem qui defunctum funerari debent & adversus quos hæc actio datur, regulariter sunt heredes, cæteri que Successores defuncti, si defunctus nihil de funere suo cavit, alias ipse est, cui ille hoc munus injunxit, qui tamen impunè hoc spernere potest, si nihil ipsi relictum sit *d. l. si quis 12. §. funus 4. ff. de relig. of.* Unde & hæc actio, adversus illum saltem competit, si eidem quid relictum, & ab eodem occupatum sit. *arg. d. §. 4. b. r.* Est autem Funeraria hæc Actio (1) in Personam & oritur ex quasi contractu: Qui enim in funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum herede inquit Jctus in *l. 1. ff. b. r.* Ex vero igitur consensu non oritur, sed bono & æquo *l. 14. §. hæc actio 6. ff. eod.* Siquidem non solum ex eadem causâ sive principio descendit, unde mera actio negotiorum gestorum nascitur, nempe ex gesto, *arg. l. 14. §. si quis. 11. ib. quia non hoc animo, Et §. 13. in fin. ff. b. r. junctâ l. 25. ff. de neg. gest.* Verum etiam, quia amplius & solutius est arbitrium judicis in hæc actione, quam in simplici negotiorum gestorum judicio *d. l. 14. §. 13. vers. sed solutius ff. d. r. & adhæc judex arbiter* (quod nullibi stricti juris judiciis tributum reperitur) hîc loci appellatur *d. l. 14. §. 7. in pr. ff. eod. de æquitate d. l. 14. §. 10. bono & æquo §. 6. & bonâ fide cognoscens.* (2) Perpetua *l. si filius familias 31. §. fin. ff. b. r.* (3) Subsidiaria, quia Prætoria est *l. 2. §. 2. b.* Neque enim datur alij quam qui funerari non debebat; Unde si aliâ a-

ctione



atione coheres, familiae puta heriscundae, vel mandati sumptus
 repetere possit, ea utique cessat. *l. 14. §. Labeo 12. §. 15. ff. b. t.*
 Denique (4) Privilegiaria est *l. ult. §. ult. ff. b. t.* Impensa si qui-
 dem funeris semper ex hereditate deducitur, & cum bona solven-
 do non sunt omne creditum solet praecedere *l. impensa 45. ff. b. t.*
l. 19. ff. eod. l. 1. §. final. ff. ad l. Falcid. l. quæsitum 17. (quæ alias l. 2. ff.
quæ in fraud. cred.) C. de bon. aut jud. possid. l. final. §. in computatione
9. C. de jur. delib. Paul. 1. sentent. ult. §. 4. Inque eo convenit Jus Saxo-
 nicum *Const. Aug. 28. p. 1. verb: Was auff des Verstorbenen Schuld-*
ners Begrebnis. Item *Ord. Proces. judic. Sereniss. Elect. Job. Georg.*
tit. 42. §. ferner seill das jenig. Propter ^{utilitatem} scilicet publ cam
 ne cadavera jaceant insepulta. *Jason. in l. ult. §. 9. C. de jur. de lib.*
Garz. in tract. de Expens. §. melior. c. 8. n. 18. §. 25.

LXIII.

Non solum autem impensa funeris praecedit causam taciti
 pignoris. *l. §. si 14. §. 1. pr. b. t.* & vindicationem legati *d. l. 14. §. 1.*
 vers. & si res legata, ubi satius esse inquit Jctus, de suo testatorem
 funerari, quam aliquos legata consequi *d. l.* nec non pretia manu-
 missorum *l. 25. ff. eod. atq; ita etiam deductionem Falcidia §. ult. 7.*
de Leg. Falcid. l. si uxori 6 ff. eod. l. 6. ibiq; Gothofr. lit. F. C. d. t. imò
 legitimam liberorum vel parentum *l. Papinianus 8. §. 9. ff. de inoff.*
testam: Sed etiam expressi. Id enim licet negent Hartm. Pistoris
Obs. 67. n. 4. Math. Coler. p. 1. Decis. 200. n. 2. Neguzant. de pignor.
§. hypoth. part. 5. mem. 2. n. 28. §. alij quos recenset. Berlich concl.
pract. 64. p. 1. n. 26. Contrarium tamen verius est, per text. in *l. im-*
penza funeris 45. ff. de religio. ubi impensa funeris semper ex heredi-
 tate deducitur, & omne creditum solet praecedere ubi bona solven-
 do non sunt. Verbum enim OMNE, imprimis si vocula, sem-
 per, vel similis adjiciatur nihil excludit *l. si servitus 23. ff. de serv. Urb.*
pred. arg. l. à Procuratore 13. C. mandati. facit l. ultim. §. computatione 9.
C. de jur. delib. ubi heres contra quoscunque Creditores impensas
 funeris retinere potest, nec non *d. §. fin 7 de leg. Falcid. §. l. 1. §.*
ult. ff. eod. ubi impensam funeris ante omnia deduci debere dicitur;
 Ut proindè appareat, quod per impensas funeris ita minuantur
 bona, ac si defunctus minus in hereditate reliquisset, neque adeò
 qui hujusmodi impensas fecit, in æquales portiones cum aliis cre-
 ditori-

ditoribus sit vocandus Joh. Mich. Beuter. *de jure Pralat. p. 2. c. 9.*
 Garz. *de Expens. & melior. d. c. 8. n. 23.* Idque in foro Saxonico mi-
 nus dubij habet per *Const. Elect. Augusti p. 1. Const. 28. §.* Nach ihz
 berührten Schulden, quam Anno 1634. Mens. Novemb. präjudi-
 cio hısce formalib: Nach diesem auch werden von Hanssen Arn-
 stens Verlaß enschafft/desselbigen Gläubiger in folgender Ordnung/
 Als zum ersten die auffgewandte Begräbniskosten 60. fl. 7. gr. 6. Pf.
 vor allen andern hypothecarijs, auch vor denen Steuern bezahlet
 confirmatam asserit Dn. Carpzov. *Jur. For. Sax. p. 1. const. 28.*
def. 39.

LXIV.

Hinc consequens est, ut cum Duaren. *ad l. 1. ff. solut. matrim.*
sub fin. statuamus, hanc impensam dote omninò esse potiore text.
 expres. in *l. impensa funeris 18. junct. l. seqq. ff. b. t.* Licet enim dos
 hypothecam expressam vincat anteriorem, quod intrepidè ex
 mente Justiniani in *l. assiduis 12. C. qui pot. in pign.* (de jure enim
 Saxonico aliter per *Constit. Augusti p. 1. c. 28. §. 1. vers.* Von allen
 andern Gläubigern so nicht eltere ausdrückliche Verpfändung ha-
 ben &c. constitutum novianus) cum Beuther. *tr. de jur. pralat. p. 1.*
c. 35. post pr. vers. mulier in persecutione dotis. & *p. 2. c. 37. per tot.*
 Berlich. *p. 1. concl. pract. 65. n. 6. & seqq.* asseveramus: Tamen ex-
 pensarum funebriam causa favorabilior est per *d. l. ult. §. in com-
 putatione 9. C. de jur. de lib. junct. d. l. 1. §. ult. ff. ad l. Falc. §. ult. J.*
eod. Quis enim propitijs auribus audiat mulierem, quæ maritum
 potius insepultum relinqui, quam aliquid de dote suâ imminui ve-
 lit! ait Bachov. *ad Treut. vol. 2. dis. 24. th. 7. lit. B.* Dn. Franz. *Com.*
ff. de relig. n. 26.

LXV.

Quomodo autem sumptus in funere faciendi sint id supra
 sub *aph. XI.* fusius pertractavimus. Restat ut quanam funebri-
 um impensarum nomine veniant despiciamus. Continet enim
 hæc actio funeris tantum causâ impensam *l. si quis 12. §. 2. & 3. ff. b.*
t. non etiam cæterorum sumptuum *l. etsi 14. §. hæc actio ff. eod.*
 Tradit hoc ipsum disertis verbis Macer. Idem in *l. funeris impensa*
37. ff. b. t. Funeris sumptus, inquit, accipitur, quicquid corporis
 H cau-



causâ, veluti unguentorum erogatum est, & pretium loci ubi defunctus humatus est, & si quæ vectigalia sunt (quæ in itinere præstantur, dum corpus ex uno loco in alium transfertur; quæ tamen sublata sunt, per *l. ult. C. b. t. Cujac. XI. Obs. 21.*) vel sacrophagi & vectura, (alii legunt vestiaria. Gothofr. *b. l. lit. P.*) & quod corporis causâ antequam sepeliatur consumptum est. Garz. *de Expens. & melior l. 8. pr. n. 7. & seqq. n. 15. & seq. Berlich. p. 1. concl. 64.* Modus autem in hisce sumptibus observandus secundum dignitatem & facultatem patrimonij defuncti. Garz. *de tr. de Expens. c. 8. n. 2. Sneid. ad §. fin. J. de L. Falcid. n. 5. Vid. latius d. aph. XI.*

LXVI.

Q. Hinc acris oritur controversia: Annum vestes lugubres, puta fasciæ, sericæ & pepla, quæ cognatis defunctorum proximis & alijs nonnullis tam viris quam foeminis de more dari solent, eaque quæ in defunctorum convivia paranda coempta sunt, funebrium expensarum nomine contineantur, & antè omnia exsolvi debeant? Quod quidem de jure Civili omninò negandum est, per *text. in l. funeris sumptus 37 l. & si quis 14. §. hæc actio 6. ff. b. t.* Sumptuum enim funebrium appellatione ijveniunt, sine quibus funus duci & humari nequit, reliqui verò omnes excluduntur *d. l. 34.* Idque etiam puncto suo confirmat Garzias *d. tr. de Expens. c. 8. n. 17. & seqq. Berlich. concl. pract. 64. §. 1. n. 89.* Unde consequens est, ad hanc funeris impensam Prælationis Privilegium non esse extendendum. In foro tamen Saxonico & moribus hodiernis aliter observatur, & impensæ ejusmodi, non minus ac reliqui sumptus funerum, impensarum funebrium nomine continentur, ac proinde reliquo æri alieno præferuntur, quemadmodum testatur Dan. Moller. *ad Const. Elect. 28. p. 1. n. 19. in fin.* ubi aliquandò etiam in Concursu Creditorum, id quod pro vestibus lugubribus debebatur reliquo æri alieno prælatum fuisse refert. Cui adde Socin. *Cons. 134. n. 39. l. 1. Tusch. tom. 3. Pract. Conclus. 536. n. 2. & seqq.* Quæ etiam consuetudo satis fundata videtur in generalitate verborum, *Was auff des Verstorbenen Schuldners Begräbnis auffgewandt!* *d. const. 28. & Ord. Proc. Judic. Sereniss. Elect. Joh. Georgij III. 42. §. Ferner sol.* Et ita in causâ Creditorum Georgij Köthens in Penigk mense Majo Anno 1634. hisce formalibus: So werden die

die

809

die angegebene Schulden/ in folgender Ordnung befriediget: Als erstlich 61. fl. 15. gr. 3. pf. Begräbnüßkosten/ so auff des Schuldners Begräbnüß / zu dessen Bestellung/ Erlauffung nothwendiger Schläner vnd Binden / so wol beim Trawrmahl auffgewandt worden &c. bezahlt/ pronunciatum fuisse refert Dn. Carpzov. *Jur. For. Sax. p. 1. c. 28. def. 41. in fin.*

LXVIII.

Ad finis huic quaestioni & ea intricata controversia est: Utrum viduae vestes lugubres ex hereditate mariti defuncti debeantur? Si jus Civile inspiciamus, negativè respondendū videtur. Solutum quidem matrimonio, (quo durante fructus dotis lucratur maritus) onera quoque ejus illicò solvuntur; adeò quidem, ut nullo jure statutum reperiatur, ali debere quondam uxorem soluto matrimonio, (exceptis tamen ijs casibus, quos recenset Math. Coler. *tract. de aliment. lib. 1. c. 11. per tot*; quibus & de jure Civili vestes lugubres deberi existimamus. arg. *l. verbo victus 43. ff. de verb. sign.*) Sed de suo vivere & vestiri debet, *Zas. lib. 2. sing. resp. c. 3.* Cui accedit, Quod expensæ in mulierem eo tempore factæ, quo dos penes maritum amplius remansura non est, non ex mariti bonis, sed ipsius mulieris solvantur *l. divorcio 7. ff. solut. matrim. text. in l. quod si nulla 28. ff. de religiof.* Solutum autem per mortem mariti matrimonio, fructus dotis illicò pertinet ad uxorem *l. un. §. cum autem 7. vers. fructibus videlicet C. de rei uxor. act.* Quod argumentum efficax existimat Francisc. Aret. *in l. quod in uxorem 14. in fin. C. de negot. gest.* idque, nullâ hujus factâ mentione adfert ac eo negativam adstruit Garzias *de expens. & meliorat. c. 8. n. 36.* Hisce tamen non attentis, viduae regulariter deberi vestes lugubres, si nimirum ex regionis consuetudine, eam lugubri vestitu indui moris sit, concludunt Doctores, Joh. Petr. Surd. *tract. de Alim. tit. IV. q. 1. n. 13. & seqq.* Guid. Papa. *Singul. 899. in fin.* Tholos. *dec. 337. n. 3.* Hartm. Hartmanni ab Epping. *pract. Obs. tit. Misc. ex jur. Civil. noviss. edit. c. 1. Obs. 8.* eamque communiorem asserit Laurent. Kirchoff. *thesau. Commun. opin. lit. U. §. Vestes lugubres:* Quam hodiè & in hisce præsertim terris Saxonice obtinere minus dubij est. Defuncto enim marito, intra primos triginta dies post obitum ex bonis defuncti viduae quibuscunque etiam divitijs abundantanti debentur

tur alimenta. lib. 1. Landrecht art. 12. §. Nach diesem muß die Frau.
Const. Elect. Aug. 25. p. 2. Weichbild art. 24. Imo antequam ex bo-
 nis mariti ab ejus heredibus dotem & cœtera bona illata recipiat,
 non tantum habet retentionem bonorum, (quam etiam lex Civi-
 lis concedit *l. si filiofam. 25. in pr. cum ibi notat. per Bart. ff. solut. matr.*
Surd. d. tr. de alim. tit. 1. q. 39. n. 8. 9.) Sed etiam interim alenda
 est. *Const. Elect. p. 2. tit. 25. §.* Wiedann auch die Frau so lang das
 jus retentionis in den Lehngütern vnd ihre Unterhaltung haben soll/
 biß Sie des ihrigen vergnüget. Non considerato utrum illa sit
 locuples, ut sibi ipsa de alimentis prospicere valeat nec ne; neq;
 utrum annus luctus adhuc duret vel non. Christoph. Zobel *d. lib.*
1. Landrecht. art. 22. lit. D. modò tamen hæc alimenta non exce-
 dant modum facultatum mariti, sed ad indigentiam necessitatis
 saltem impendantur eorum sumptus (alias enim doti imputan-
 tur. *Dn. Carpzov. J. F. S. p. 2. Const. 25. def. 12.* Ex quibus consequens
 est, & vestes lugubres contineri text. in *l. victus 43. ff. de V. S. Me-*
noch. de arb. Jud. quest. c. 170. n. 30. latè Dan. Moller. ad d. c. 28. n.
15. & seqq. An verò anno luctus finito vestes hæc lugubres, ma-
 riti heredes repetant, an verò vidua eas ceu proprias retineat, di-
 stinguendo decidit *Math. Coler. d. tract. de alim. lib. 1. c. 11. n. 6.*
& seqq.

LXVIII.

Impensis funebribus in ordine annectuntur sumptus in cu-
 rationem ægroti facti *l. in restituenda 4. C. de pec. hered. l. legatum 3.*
C. de religios. Neguzant. de pign. & hypoth. p. 5. memb. 2. n. 18. vers.
Et quod dictum est Wes. π. ff. de privil. Credit. n. 5. in fin. Joh. Mich.
Beuter. de jur. prelat. p. 1. c. 26. & p. 2. c. 20. Quod & clarissima
 sanctione approbat Jus Saxonicum Electorale *p. 1. const. 28. in pr.*
 verb. Vnd seiner Kranckheit &c. & *Ord. Process. Judic. §.* Ferner
 soll das jenige was auff des verstorbenen Schuldners Begrebnis
 vnd in seiner Kranckheit der Arzney halber auffgewand / ver-
 gnügt werden. Unde & eadem habent privilegia quæ impensa
 funeris per tradita *Dd. in l. ult. §. incomputatione 9. C. de jur. deli-*
ber. Vincent de Franch. Decis. 51. n. 1. Berlich p. 1. Concl. 64. n. 95.
 & reliquo omni æri alieno, non solum iis qui tacitam, sed etiam
 qui expressam anteriorem habent hypothecam præferuntur, per
 ea quæ

811
ea quæ tradita sunt supra aph. LXIII. Diss. Hartman. Pistor. q. 67. n. 3.
& 4. Veniunt autem horum sumptuum appellatione Salaria Medi-
corum, Chirurgorum & Pharmacopolarum Vincent. de Franch.
decis. Neapol. 51. ubi Medici salarium impensis funebribus æquipa-
rat. Francisc. Pfeil. *conf.* 27. n. 8. & *Conf.* 132. Quod tamen de eu-
ratione defuncti solummodò, & quidem ultimâ, ex quâ defunctus
mortuus est, non item de aliis infirmitatibus forsitan anterioribus
procul dubio intelligendum est; adeò ut si ægrotus reconvalue-
rit, hæ personæ reliquis creditoribus non præferantur per text. in
*l. 4. verb. in mortui infirmitatem C. de petit. hered. arg. l. 3. ibi morbum
ejus, sc. defuncti. C. de religio.* Roland. à Valle. *Conf.* 14. n. 27. vol. 1.
Dan. Moller. *ad Const. Elector. p. 1. const.* 28. n. 27. quamvis dissentiat
Joh. Mich. Beuter. *d. tr. de jur. prelat. p. 1. c. 26.* cujus argumentis in
conflictu satisfaciemus. Id tamen privilegium cessat, si ejusmo-
di sumptus superflue nec bonâ fide erogati sint *l. 4. verb. bonâ fide
C. de pet. hered.* Deinde si medicamenta & alia pharmaca, non
in curationem ægroti, sed in culinâ ad condendos cibos sint adhi-
bita. Joh. Mich. Beut. *d. tr. p. 1. c. 26. sub fin. Berlich. p. 1. concl. præc.*
64. n. 100. & 101.

LXIX.

Actionem hanc contra heredes, cæterosque successores de-
functi dari, aph. LXII. asseruimus. Consequimur igitur eosdem
sumptus ab herede, aditâ videlicet hereditate *l. etsi 14. §. sed inter-
dum 7. §. si tamen 16. ff. de relig.* Eam enim si nondum adiit heres,
ex ipsâ hereditate debentur: Cum defuncto siquidem contrahere
videtur funerans, non cum herede *l. 1. ff. h. r.* Cujus hæc ratio est,
quia rem defuncti agit, non heredis, & defuncti plerumque antea
sepeliuntur, quam quis heres eis existat. *l. 4. l. etsi 14. §. 8. ff. eod.*
Sichard. *ad rubr. C. de relig. n. 6.* Sed cum in hereditate plerumq;
& allodialia bona, & feudalialia reperiantur, ex solis allodialibus
non verò feudalibus hosce sumptus deducendos esse censemus.
Impensa enim funeris semper ex hereditate deducitur *l. impensa
45. ff. de relig. l. 1. C. si cert. pet. l. 1. & 2. C. de heredit. act.* Quod si
verò bona allodialia non sufficiant an ad Feudalia recurrendum
sit, intricatissima inter Dd. controversia est? Nos in eâ quæstio-
ne omninò distinguendum existimamus. Aut enim filius Patris
succo-

H 3

succo-

succedit, & eum sumptus necessarios etiam ex feudo, seu potius e-
 jus fructibus exsolvere debere, non solum pietatis & religionis, sed
 juris ratio dicitur. Feudum enim filius sine hereditate acquirere
 nequit, per text. elegantem 2. *Feud.* 45. vers. ubi verò filium reli-
 quit & 2. *Feud.* 51. §. *filius* 4. junct. l. 1. ff. de *acquir. vel amit. hered.*
 Utiq; igitur funebrium sumptuum, (quæ ex hereditate dedu-
 cuntur l. 45 ff. de *relig.*) onus sustinet. Idque jure Saxonico con-
 stituit Tergawsch Aufschreiben de Anno 1583. rubr. welcher gestalt
 die Agnaten vnd mit beleyhen §. do aber ein Vater. f. 22. ibid.
 von den Früchten & fol. 20. ib. An ihm selbstien der Natürlichen
 Erfahr. vnd billigkeit / nach der Ehrerbietung vnd gehorsamb / wel-
 ches von den Kindern Gottes Gebot vnd Ordnung ernstlich erfor-
 dert &c. Aut agnatus est qui defuncto succedit: Et eum nullo
 planè jure invitum ad hoc cogi posse existimat Dn. Carpzov. *Jur.*
For. Sax. p. 2. q. 46. def. 36. quamvis non reperiri putet Agnatum a-
 deò tenacem, ut impensas funebres in exequias defuncti vasalli
 factas in subsidium ex feudo solvere recuset, & famam defuncti
 commaculati patiatur. Verum nos è contra non simpliciter A-
 gnatum ab hisce impensis absolvimus, sed potius cum Finckel-
 thausio *concl. sepulch. LXXI.* ita subdistinguiamus: Quod si succe-
 dat Agnatus in feudum novum ex pacto, omninò sustineat hoc
 onus æris alieni, siquidem in textu 2. *Feud.* 45. (ubi principalis
 hujus materiæ sedes) expresse tantum excipitur feudum paternum
 ibi, *feudum si paternum fuerit retinere poterit, nec de debito heredita-
 rio aliquid feudi nomine solvere cogitur.* Exceptio autem firmat re-
 gulam in casibus non exceptis, Dd. communiter. Deindè, quia
 si alienatio est concessa, utique multò magis & obligatio. Lice-
 re autem alienare ejusmodi feudum novum, non solum textus
 2. *Feud.* 39. *in pr.* indequè à contrario sensu desumptum argumen-
 tum (quod in jure nostro, nisi expressus textus detur in contra-
 rium, fortissimum esse constat) evincunt, sed & apud Doctores
 est indubitatum, de quo videri possunt elegantissimè tradita per
 Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. Feudum q. 41. n. 2.* Cui accedit, quod
 Agnatus feudum novum consequitur beneficio defuncti: æquita-
 tis igitur ratio suadet, ut hoc funebre debitum solvat. Si verò
 succedat agnatus in feudum antiquum sive paternum, repudiatâ
 here-

812
hereditate feudū retinero, nec de debito hereditario aliquid feudi
nomine solvere tenetur, textus singularis 2. *Feud. 45. pr.* Neque hoc
caret ratione: In hujusmodi enim Feudis, quæ à majoribus pro-
veniunt, non potest Vasallus Successoribus præjudicare; Jus enim
quæsitum habent, non ex facto sive personā defuncti, sed ex pri-
mi acquirentis investiturâ, seu antiquorum suorum provisione.
Andr. de Isser. in c. 1. §. quid ergo De investitur. in re alien. facta. 2.
Feud. 8. Jul. Clar. d. q. 41. n. 2

LXX.

Ut autem locus sit exactiōni & prælationi impensa-
rum in curationem ægroti & funus defuncti factarum, necessa-
rium est, ut eæ probentur. Nequè enim Creditoris simplici as-
sertioni, se nempe in curationem debitoris ægroti vel funus de-
functi sumptus fecisse, fides habetur *l. in restituenda 4. C. de pet. he-
red. l. legatum 3. C. de relig.* Probantur autem hæ expensæ regula-
riter per testes & instrumenta *t. t. ff. C. de testib. & fid. instrum.*
Qui tamen si deficient, etiam ex verisimilibus conjecturis probari
possunt, quæ arbitrio boni viri, judicis sc. relinquuntur. Bald.
in l. in restituenda 4. n. 3. ibi secundo nota C. de petit. hered. Francisc.
Pfeill. *cent. 2. cons. 123.* Et eis cessantibus, per juramentum ejus
qui hæc expensas fecit. Gloss. *in l. ult. §. in computatione 9. verb.*
*approbaverit, ibiq; Bart. n. 4. vers. qualiter hoc debeat probari, & Ja-
son. eod. n. 5. C. de jur. deliber. Dan. Moller. p. 1. Const. 28. n. 26.*
Quam assertionem limitant Dd. procedere (1) quando ejusmodi
expensæ exiguæ sunt, habitâ ratione ad hereditatem; tum enim
eas solo juramento probari. Et ratio est, quia non opus habet
heres ut de omni modicâ atque exiguâ impensâ curet conficien-
dum instrumentum Jason. *in d. l. scimus §. 9. C. de jur. deliber.* Imò
si expensa modica sit, & persona fide digna, creditur ei sine jura-
mento teste Bald. *in d. §. in computatione n. 2. Mascard. de probat. vol.*
2. conclus. 719. n. 2. (2) Limitatur, quando ejusmodi expensæ ra-
tionabiles sunt & verisimiles, adeo ut paterfamilias verisimiliter
eas fecisset, alias non probantur per juramentum. Bart. *in l. qui sub*
conditione 111. per illum text. ff. de condit. & demonstr. In expensa-
rum enim probatione, non aliter assertioni probantis habetur fi-
des, quam si dicat verisimilia arg. *l. sancimus & Auth. seq. C. de*
judic. junct. l. 2. C. de alim. pup. prest. Socin. vol. 4. Cons. 82. n. 22.

LXXI.

FORUM
Ubi de Jure
Sepulturæ
agi oportet.

Q.

Tantum pro instituti ratione, de remediis pro jure Sepulturæ competentibus. Restat ut de Foro hujus juris competente & ubi hæ actiones intentari debeant, brevibus subjiciamus. Duplex autem in Universum, ex quâ forum sortiuntur litigantes jurisdictio est, Politica sive secularis, & Spiritualis sive Ecclesiastica. Easque distinctas esse innuit Imp. Justinianus in *Nov. 6. princ. præf.* ubi maxima DEI inter homines dona esse ait SACERDOTIUM & IMPERIUM: illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens. Quod etiam probatur *c. cum adversum 6. c. duo sunt 10. dist. 96. Math. Steph. de Jurisdic. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 2.* Annum autem quaestio de Jure Sepulturæ coram Judice Ecclesiastico, an verò Seculari ventilanda, hic in controversiam venit? Nos tam jure Civili, quam Canonico, judici Ecclesiastico eam decidendam assignamus. Jure namque Civili ejusmodi controversiæ ad Collegium Pontificum relegabantur arg. *l. ossa. 8. ff. de religio. l. cum in diversis 44. §. 1. ibi impetratur. junct. l. 39. ff. eod. l. fin. §. 1. ff. de mort. infer. l. hereditas 50 §. 1. ff. de pet. hered.* Quod verò in d. LL. simulac sit mentio Principis sive Imperatoris, id inde est, quia Imperatores Pontificis quoque munere plerumque fungebantur. Vid. *Ro. fin. antiq. Roman. lib. 3. c. 23.* Licet etiam quædam controversiæ ad Præsidem provinciæ spectabāt *l. 38 ff. de relig. l. 12. ff. eod.* De jure Canonico id minus dubij habet, siquidem secundum id jus sepeliendi quod in Coemiteriis exercetur simpliciter & immediatè ad ipsam Ecclesiam spectat, ab eaq; impetrandum est. *c. Ecclesias 13. q. 1. uti latius demonstratum dedimus supra aph. XXI.* Si igitur coemiteria ad Ecclesiam spectant, & jus sepulturæ res spiritualis est, vel potius annexum aliquid Spiritualitatis habet, per tradita *Dn. Reinkingij de reg. sec. & Eccles. lib. 3. clas. 1. c. 9. n. 66. & 10 in fin.* utiq; controversiæ de ejusmodi rebus ortæ, ad Ecclesiasticum spectant judicem *c. Ecclesia 10. X. de Constit.* Idque ratione non caret, uti elegantur deducit *Cæsar Lambert. tract. de jure Patron. q. 9. pr. art. 10. & post eum respondendo tenet Hieronym. Treutl. Conf. 58. n. III.* Caterum cum moribus hodiernis, in territoriis præ-

815. 21.

praesertim Reformatorem, Sepeliendi jus, teste experientia, non ab Ecclesia, sed a Magistratu Politico soleat impetrari, (de quo *aph. XXI. egimus*) subsequens est ad eundem controversias de jure funerandi & Sepulturæ pertinere. Cui accedit, quod hodie ex Constitutione Pacis Religiosæ in Provincijs Statuum Evangelicorum Jurisdictio Ecclesiastica planè sit suspensa: ac jura Episcopalia, non amplius Episcopis eorumque officialibus, sed Principibus ac Magistratibus Imperij Romani Secularibus, vigore territorialis Superioritatis, *Krafft habender Landts Fürstlicher Obrigkeit* competant, *Reces. Imper. de Anno 1555. §. Damit aber obberürte beyderseits Religionsverwandte. And. Knich. de sublim. & reg. territ. jur. c. 3. n. 149. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 424.* illique Jurisdictionem Ecclesiasticam, quoad personas pariter & causas Ecclesiasticas in eorum territorijs, tam quoad legem jurisdictionis, quam Legem Diacæsanam per Consistoriales exerceant *Math. Steph. de Jurisdic. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 16. Arum. de jure publ. discurs. Acad. 13. q. 20.* adeoq; controversiarum hujus juris Judices sint ordinarii. *Dn. Reinkingf de regim. Eccles. lib. 3. clas. 1. c. 10. n. fin.* & ita in Scabinatu Lipsiensi. *Menf. Augusto Anno 1639. responsum hisce formalibus: Diemeill aber dennoch die Gottesäcker der Kirchen vnd den Consistoriis zustehen / vnd hierüber diese Sachen anfenglichen beim Churf. Sächsischen Ober Consistorio angebracht / die besichtigung von demselben angeordnet / verhör vnd erkentnis ergangen / vnd allbereit eine gewisse Straffe dictirt &c. So verbleibet es auch dabey allenthalben billig / vnd der isige Gerichtsherr des Orts / hat sich gestalten Sachen nach einiger Cognition vnd Botmesigkeit hierüber nicht anzumassen B. R. W. refert Dn. Carpzov. lib. 1. Resp. Jur. Elect. tit. IX. resp. 86. n. fin.* Quæ autem hactenus dicta sunt, de Actione funeraria quæ pro sumptibus funerum competit minimè intellecta volumus: Ea siquidem etiam Jure Canonico in foro Seculari intentanda est. Neq; enim religiosi juris isti sumptus sunt, neq; ex causa spirituali debentur, sed ex quasi contractu cum defuncto *l. 1. ff. de relig. vel cum herede inuito l. etsi 14. §. 16. ff. eod.* Vid. *aph. Cæsar. Lambert. d. tr. de jure Patron. q. 9. art. 10.* Petuntur vero, vel in foro defuncti ubi corpus humatum est arg. *l. 1. ff. b. t. junct a l. heres. 19. ff. de judic. vel in*

I

foro



foro domicilij ipsius heredis l. *Senatores* 2. C. ubi *Senatores vel Clariss.* l. 2. C. de *jurisdic.* Late Dd. ad tit. ff. & C. de *jurisdic.* & X. de *for. compet.*

LXXII.

ADFINIA.

Rectâ & ordinariâ hinc progrediamur viâ, Adfinia quædam tam sepulturæ quam sepulchri examinaturi. Paucis autem rem expediemus, duo saltem, quorum unum sepulturam, alterum sepulchrum respiciet, adducentes. Adfinem igitur Sepulturæ dicimus luctum. Unde ea principalis suboritur quæstio: Lugere an conveniat liceatq; defunctos? In cujus quæstionis resolutione prolixioribus hâc vice pro instituti ratione & temporis angustia esse non licet; Videri de eâdem potest Brent. in *Act. Apost. fol. 72. fac. 2.* notante Hartm. Hartmanni *lib. 2. misc. jur. Civ. quest. c. 1. Obs. 8.* Petr. Greg. Tholos. *Syntag. jur. univers. lib. 2. c. 14. n. 10.* La tẽ Finckelth. *conclus. sep. 29.* Rittershus. *ad LL. XII. Tab. clas. 1. c. 6.* & alij, quibus cum affirmativè concludimus; modò tamen luctus sit moderatus. Neq; enim lugendi sunt mortui more Hibernorum, quem describit Richard, Stanihurstus *de reb. Hibern. lib. 1. fol. 48.* & post eum Besold. *confid. vit. & mort. lib. 3. c. ult. n. 3.* aut Gentilium, qui nullam certam spem habent restare aliquid sui post mortem *c. non habent. 27. caus. 13. q. 2.* Id enim vetat Salvator *1. ad Thes. IV. 13.* & videmus ejusmodi luctum immodicum etiam displicuisse sanioribus Ethnicis, adeo ut etiam Legibus latis eum statuerint extirpare. Rittershus. *ad LL. XII. Tabular. d. clas. 1. c. 6.* Moderatum verò & Sacræ paginæ commendant (textus vid. apud Finckel. *d. concl. 29.*) & Romanarum LL. sanctio confirmat Rittersh. *d. l.* & summa suadet ratio. Luctus enim si moderatè sit, naturalis est, neq; reprehensionem meretur. Unde Plato *lib. XII. de LL.* absurdum esse censet fieri vetare mortuum, aut jubere: Cujus tamen exemplum in Herode Historia refert; Is enim ne funera sua luctu carerent, ex omni Judæa nobilissimos quosque comprehendit, & in Hippodromo concludi jussit, Sororiquè præcepit, ut quamprimum animam efflasset, eos à militibus trucidari curaret. Joseph. *lib. 1. de bell. Judaic. circa fin.* Neq; adversatur dolor iste Doctrinæ Ethicæ: Nulli enim Philosophi virum fortem ~~esse~~ esse volunt. Minus rectè igitur Ludovicus Cor-
tufius

827.
trusius Jaus Paravinus testamento propinquis interdixit lachry-
mas & solitas funerum lamentationes & quæcunque lugubria
ad mœstitiã parari solent abesse prorsus voluit, additã ex legato
gravi multatã heredi, si id facere neglexisset. Latè Camerar. i. hor.
Subcistr. c. 12. fol. 52. Unde id testamentum tanquam hominis
non sanæ mentis in dubium vocat Paul. de Castro in l. quidam in
suo. 27. ff. de condit. inst.

LXXIII.

Sed de his forsitan plus satis. Id potius circa tempus luctus
despiciendum est, Quamdiu mortui lugendi sint? Et breviter ten-
endum, quod cum Leges Civiles circa parentes vel liberos utri-
usq; sexus, cœterosq; agnatos vel cognatos certum tempus non
præscribant, sed secundum pietatis rationem & animi patientiam,
prout quisq; voluerit, lugendos relinquunt, arbitrarium id esse
textus in l. parentes 13. ff. de his qui not. infam. Sicuti etiam & olim
in V. T. id tempus luctus non uniforme fuisse, exempla passim, &
quidem Jacobi qui lugebatur LXX. diebus. Gen. 50. 3. Aaronis,
quem filii Israel, XXX. diebus luxerunt. Num. XX. 29. Item
Mojis Deut. XXXIV. 8. & aliorum testantur. Circa conjuges ve-
ro aliter constitutum tam Jure Civili quam Saxonico reperitur.
Quantumvis enim illo jure viri uxores lugere non compel-
lantur l. uxores 9. ff. de his qui not. infam. cessante scilicet ratione
Legis prohibitivã de qua in l. ii. §. i. ff. eod. Mulieribus tamen cer-
tum tempus definitum est quo lugerent maritos. Idq; tam de jure
D. quam Cod. annuum est. l. i. l. liberorum ii. §. i. de his qui not. in-
fam. l. Decreto 15. (ubi pecudiaris habitus lugentium, qui olim u-
sitatus l. genero 8. in sin. ibiq; Gothofr. ff. de his qui not. inf. sublatus
quidem, tempus autem retentum) C. ex quib. caus. infam. irrog. l. i.
& 2. C. de Sec. nupt. Nov. 22. c. 22. Nov. 39. c. 2. Sichard. ad d. l. 2. C.
h. t. n. 3. Petr. Greg. Tholos. Synt. jur. lib. 2. c. 14. n. 13. Diff. post Gloss.
Gothofr. ad d. l. 15. C. ex quib. caus. quem sequitur Joh. Coppen. i.
Obs. pr. 42. n. 15. & 16. Et hoc anni spatium ad invitationem Im-
peratoriarum Legum, & conservandam honestatem comprobavit
jus Saxonicum, certumq; luctui, tam quo ad masculos quam foe-
minas, tempus præsnivit. Churf. Sachs. Kirchen Ordnung in
hunc modum: Was endlich Witwer und Witwen anlangt / so an-
derweit/
I 2

derweit / zur Ehe schreiten wollen / erfahren wir! das ehliche ihrer
abgestorbenen Ehegatten allzu zeitlich vergessen / vnd mit Ergernis
wiederumb zum Ehestandt eilen: Wann dann solches der Erbarkeit
vnd natürlichen Pflicht zu wieder / So wollen wir / das ein Witwer
hinfuro zum wenigsten ein halbes / eine Witwe aber ein ganzes
Jahr ihre trawzeit halten / vnd vor ausgang desselben sich wieder
zu verehlichen oder Hochzeit anzu stellen nicht macht haben soll / Es
geschehe dann mit vnser sonderbahren dispensation, vnd eigener
gnädigster verwilligung. Idq; communiter observari videmus:
Non tamen inficiamur quibusdam in locis, de jure statutorio vel
provinciali hoc tempus restrictum esse: quemadmodum ex. Con-
stitutione Anhaltinâ, Servestæ Anno 1608. d. 25. Julij promulgata,
marito sex, mulieri vero novem menses quibus secundis nuptiis
abstineant, præfiniti sunt, cujus verba refert Joh. Coppen. i. *Obs.
pract.* 42. n. 6.

LXXIV.

Præcipua autem ratio hujus luctus annui est, ne fieret per-
turbatio sanguinis *l. librorum* II. §. 1. ff. *de his qui not. inf.* neve incer-
tæ essent generationes *l. sancimus* 53. §. *final. circa fin. C. de Episc. &*
Cleric. l. consensu 8. §. *hoc nisi* 4. *C. de repud. latè* Nov. 22. c. 22. Nov. 39.
c. 2. & meminit *l. 4. C. ad Sc. Tertul.* Cæterum notanter diximus,
præcipuam hanc esse rationem; Quid enim si ratio hæc prohibiti-
va cesset, id est, si certò sciatur, etiamsi mulier intra annum lu-
ctus nubat, utrius mariti sit soboles. e. g. si defunctus gravidam, vel
partui vicinam relinquat: Annum mulier adhuc intra annum lu-
ctus nubere prohibetur, vel nubens pœnis Civilibus nihilominus
subjicitur? Id quidem negat Math. Wesemb. *π. ff. de his qui not.*
infam. n. 5. circa med. argumento forsitan *l. librorum* §. 2. ff. *eod.*
Contrarium tamen (pace tanti Viri) uti veritati magis consenta-
neum intrepidè asseveramus. Si quidem non una tantum ratio
prohibitiva est, ne intra annum nubant, sed & alia, honestatis
scilicet. Mulier enim perejusmodi festinationem alteri marito
suspicionem præbet parum constantis pudicitia. Verosimilè e-
nim est, eam non ita castè victuram impostero, quæ tam subi-
to oblita mariti prioris est. Bachov. *ad Wesemb. π. ff. eod. n. 5. vers.*
Mortuo. Sichard. *ad l. 2. C. de sec. nupt. n. 6. Ad l. II. §. 1. respondet*
ibidem

819

ibidem Gothofr. *lit. U.* Id verò tempus quod luctui dedicatur continuum est, h. e. currens etiam mulieri ignoranti: Ideoq; fieri potest ut mulier ignorans maritum objisse, eodem post annum die, & resciscere possit maritum mortuum, & alii nubere, siquidem annus effluxit; quod ipsum innuit Labeo *in l. Genero 8. in fin. ff. de his qui not. infam.* inquit, eadem die sumere mulierem lugubria posse, & deponere. Sichard. *ad d. l. 2. C. de sec. nupt. n. 8.* Poenæ autem mulieris intra annum luctus nubentis de jure Civili sunt variæ: Ultra enim notam infamiæ quam incurrit, vidua intra annum luctus ad secunda vota convolans, omnia lucra hereditaria, legata & honoraria amittit *l. 1. & 2. t. t. C. de sec. nupt. l. decreto 15. C. ex quib. caus. inf. irrog. l. 4. C. ad. Sc. Tertul. Nov. 22. c. 22. Nov. 39. cap. 2.* Nisi tamen Principi supplicaverit, ut intra annum luctus nuptias contrahere liceat *l. solet 10. ff. de his qui not. inf.* Jure tamen Canonico Urbanus III. & Innocent III. mulieri hanc infamiæ poenam remiserunt *c. per. & ult. X. de Secund. nupt.* Idq; hodiè hâc in parte in foro observari tradit Wesemb. *π. ff. de his qui not. infam. n. 5. circa med.* Non quidem ex eo quod Imperatoriæ Constitutiones Censorem admittant Papam, id enim omninò negandum est; Vel quod quidquam moveat ratio sive dictum D. Pauli à Pontificibus allegatum, ejus namq; sensus huc non quadrat, ceu eleganter explicat Finckelthaus *concl. sep. 29.* Sed quod communis opinio Dd. & consuetudo hanc constitutionem famæ mulieribus reservatæ comprobarunt. Vid. omninò Dn. Reinkingf *de reg. sec. & Eccles. lib. 2. clar. 2. c. 7. n. 6. & seqq.* Sanè jure Saxonico poenas hæc juris Communis, & speciatim *l. 1. & 2. C. de sec. nupt.* planè abrogatam esse nullum est dubium, ob *art. 5. lib. 1. Landtrecht* ubi Zobel. *in addit. Matt. Coler. p. 1. Decis 64. Reinhard. p. 6. diff. 10.* Quod tamen non ita intelligendum est, ut liberum sit viduæ intra annum luctus quandocunq; voluerit ad secunda vota transire. Licet enim poena juris civilis abrogata sit, prohibitio tamen ipsa adhuc durat: Cum neq; ipsa honestas publica intra annum luctus secundas nuptias admittat, neq; hæc tuto absq; turbatione & confusione seminis concedi possint B. Gerhard. *in Loc. de Conjug. n. 198. & seqq.* Et extat eo nomine superius allegata *Ordinatio Matrimonialis* de Anno 1624. *pun. 5. in fin.* Arbitrariè igitur viduam intra

annum luctus nubentem, puniendam existimamus, per notata
 Tiraquell. *de pœn. LL. temp. caus.* 31. n. 34. Atq; ita à Scabinis Li-
 pſensibus Anno 1632. Mens. Sept. hifce forma lib. Ist kurtz ver-
 ruckter zeit P. S. Todes verfahren / vnd hat sein Weib nach sich ver-
 lassen / worauff Sich dieselbe ehe vnd zuvor das Traurjahr voru-
 ber gewesen / anderweit vorehliget vnd Hochzeit gehalten : So wirt
 Siederowegen Willkürlichen / entweder ein 12. Tagelang mit gefen-
 gnus / oder umb 4. neue Schock in Straffe genommen B. R. W.
 pronunciatum fuisse testatur Dn. Carpzov. *Jur. For. Sax. p. 4. c. 21.*
def. 10. & Prax. Crim. p. 2. q. 65. n. 8.

LXXV.

Adfinia deinde sepulchris dicimus monumenta: Etiam si e-
 nim differat sepulchrum à monumento, quod monumentum to-
 tum sit id quod muniendi sepulchri causa factum est, ut in cir-
 cuitu porticationes. *l. funeris 37. §. 1. ff. de relig.* tamen adfinia quæ-
 dam cum sepulchro habet. Si enim in id corpus vel reliquæ in-
 ferantur, illicò sepulchrum fit; si verò nihil inferatur
 monumentum est, memoriæ causa factum, quod Cræci *νεο-
 τήθειον* i. e. inane sepulchrum vocant *l. monumentum 42. ff. cod.*
 Unde & quæstiones ad monumenta spectantes, olim referri sole-
 bant ad Collegia Pontificum, ad quos etiam controversiæ sepul-
 chrales pertinebant *l. ossa 8. ff. b. t. l. fin. §. 1. ff. de mort. infer. l. be-
 reditas 50. §. 1. ff. de pet. hered.* Imò monumentorum impensæ fune-
 bribus quandoq; adjunguntur, si scilicet moderatæ sint *l. 2. ff. ad
 L. falcid.* seu probabilem modum non excedant *d. l. 50. §. 1. ff. de pet.
 hered. arg. l. 37. §. 1. ff. de religios.* ubi immodicæ expensæ tantum ex-
 cluduntur, modicæ igitur, argumento à contrario sensu deducto
 remanebunt. Huc pertinent quoq; inscriptiones, epitaphia, epi-
 grammata, elogia quæ inscribuntur sepulchris. Inventa autem
 sunt atq; sustinentur idcirco, ut laudabilem sepulti vitam osten-
 dant, ejusq; memoriam qui sepultus est conservent, & posteris
 exhibeant, eosq; ad virtutes exemplo defuncti accendant: quorum
 infinita passim videre licet. Conspiciuntur etiam in-
 terdum inscriptiones non laudis & honoris sed infamiæ gratia po-
 sita, quale fuit Heluonis istius & mollissimi Imperatoris Sardana-
 pali, quod refert Strabo *lib. 14. his versib.*

Cum

*Cum te mortalem noris, presentibus exple
 Deliciis animum, post mortem nulla voluptas.
 Namq; ego sum pulvis, qui nuper tanta tenebam:
 Hec habeo qua edi, quaq; exaturata libido
 Hausit, at illa manent multa & praeclara relictæ.
 Hoc sapiens vitæ mortalibus est monumento.*

Eas vero tanquam ad vitia incitantes prorsus delendas ex-
 istimamus cum Dipnosoph. lib. 8. c. 4. ubi easdem & Aristotelem
 damnasse refert. Illæ itidem inscriptiones reprehenduntur., quæ
 nimium fastuosæ sunt & superbiæ plenæ, uti illa Nævij, cujus hi
 sunt versus.

*Immortales mortales si foret fas flere,
 Flerent Diva Camæna Nævium Poëtam
 Itaq; postquam est Orcio traditus thesaurø
 Obliti sunt Romæ lingua Latinâ loqui.*

Et illud Plauti

*Postquam morte datu' st Plaurus: comædia luger;
 Scena est desertæ. dein Risus, Ludu' Jocusq;
 Et numeri innumeri, simul omnes collacrumarunt.*

Prout eas uti fastuosas nimium repræhendit Agell. Noët. Attic. lib.
 1. c. 24. E contra laudibus mirificè deprædicathanc Pacuvij, uti
 purissimam & verecundissimam, dignamq; ejus verecundissimâ
 gravitate.

*Adolescens, tametsi properas, hoc te Saxum rogat;
 Ut se adspicias; deinde quod scriptu' st legas.
 Hic sunt Poeta Marci Pacuvij sita
 Ossa. hoc volebam nescius ne effes. Vale.*

Cœterum, amplissimus quidem sese hic offeret campus addu-
 cendi nonnulla de Laudationibus funebribus, utpote Adfinibus
 Sepulturæ; item convivijis feralibus, quæ post funerationem insti-
 tuti solent: Tum etiam pertractanda hic loci esset quæstio, U-
 trum Dæmones & Spectra circa Sepulchra versentur? De quâ vi-
 deri potest Besold. vit. & Mort. confid. lib. 3. c. 3. in fin. Finckelth.
 consp.

Q.



concl. sep. 24. & alij passim; Verum cum præter intentionem ex-
creverit hæc Dissertatio nostra, examinare ea in præsentiarum pro-
hibemur.

LXXVI.

CONTRA-
RIA.

Q.

Contraria deniq; juri Sepeliendi dicimus ea, quibus hoc jus vel
impeditur, vel planè amittitur. Impeditur verò quando prohibe-
mur mortuum inferre in eum locum, quo jus nobis inferendi est;
quo nomine Actio in factum competit ex *l. ossa 8. §. fm. ff. de relig.*
de qua prolixius *apb. XLVII.* Item eo casu, quo interdicto de
Mortuo inferendo locus est *l. i. in pr. & §. i. ff. de mort. infi. vid.*
apb. L. Imò impeditur, ob hostilitatem, inundationem, aliasque
graves ob causas, quas omnes hîc recensere nimis longum foret.
Quis enim enumerare posset ea, quæ quotidie in vita obveniunt
incommoda! Illud videbimus cum Sepultura etiam impediatur,
quando iter ad Sepulchrum amittitur: Annum Servitus itineris
ad sepulchrum non utendo amittatur? Quod negamus per text.
expressum in *l. iter. 4. ff. quemad. servit. amit.* Non quidem specia-
li favore religionis, uti existimant Duaren. *ad l. 14. §. Servitus ff. de*
Servitut. Forcat. ad d. l. §. i. n. 5. quibus consentire videtur Dom.
Arum. *diff. ad Digest. IX. th. final.* Sed ideo, quia jus illud itineris,
non nisi rarissimè, nempe in morte exerceri possit. Neque enim
ad Sepulchrum itur, nisi cum quis de familia moritur. Contia-
gere verò potest, ut XXX. vel XL. annis nemo ex familiâ vitâ fun-
gatur, atque ita causa eundi non offeratur: *Coras. ad l. 14. §. i. n.*
4. ff. de servitut. Cui accedit, quod si ob favorem religio-
nis amitti non possit hæc via, tum nec remitti possit, quod
tamen contrariatur *l. 14. §. i. ff. de servit.* Donell. *XI. Com-*
ment. c. ult. ibiq; Hilliger. lit. D. Amittitur autem hoc jus Sepultu-
ræ (1) *vel in totum*, ut in Crimine Læsæ Majestatis *l. quisquis 5. C. ad.*
l. Jul. Maj. ubi per gladium non solum capitis amputatio, sed om-
ne genus ultimi supplicij significatur *arg. l. 3. ff. de jurisdict. Dn.*
Carpz. prax. Crim. p. i. q. 41. n. 91. quemadmodum nefandissimi
hujus Criminis reos hodiè quandoque gladio, quandoque igne,
quandoque dissectione in quatuor partes, vel aliâ graviori pœna
puniuntur. *Damhaud. prax Crim. c. 62. n. 6. Jul. Clar. 5. sent. §.*
Læsæ Maj. n. 8. Tib. Decian. tract. Crim. lib. VII. c. 39. n. 16. & seqq.
Item



823

Item in Crimine perduellionis, proditiōis Patriæ. P. H. D. Caro-
li V. art. 124. nec non alijs criminibus gravioribus, de quorum
pœnis aph. XXX. latius egimus. Vel (2) *ratione certi loci*, ut De-
portatione: De portati enim non solummodò jus Civitatis & bo-
na amittunt. *l. inter pœnas. 6. l. 14. §. 1. ff. de interd. & releg. l. de porta-*
torum 8. C. de pœn. l. 17. ff. eod. l. 1. C. de hered. instit. l. bona 39. ff. de
jur. fisc. Herm. Vultei. Discept. Scholast. c. 12. sed etiam ejusmodi pœ-
na post mortem manet. Neque enim licet quempiam, ex insulâ
in quam deportatus est transferre aliubi & sepelire, quemadmo-
dum Divus Severus & Antonino rescripserunt. *l. si quis 2. ff. de cadav.*
punit. l. deportatus 15. ff. de interd. & releg. aut Relegatione l. 14. d. t.
Is enim licet bona *l. 8. C. de Pœn.* & jus Civitatis retineat *l. 3. l. 7. §.*
3. ff. de interd. & releg. durante tamen relegatione, reverti prohi-
betur, *l. 2. ff. de cadav. punit.* textus elegans in *l. 4. ff. de pœn.*
Item præscriptione, quâ acquiritur *l. monumentorum 6. ibi præscri-*
ptio autem C. de religios. junct. arg. l. nihil tam naturale ff. de R. 7. Vid.
aph. XXXVII. & multis modis alijs. Tandem (3) *Ratione honestæ*
sepulture: per hæresin. supra *aph. XXXVI.* excommunicationem
aph. XXXVII. &c. quæ omnia supra pertractavimus, eoquæ hûc
referre inanis foret opera.

LXXVII.

Et hæc de jure Sepulturæ alijsque inde enatis quæstionibus
proposuisse sufficiant. Plura quidem nobilissimum hoc argu-
mentum, & accuratiora magis postularet; pluraquæ etiam medi-
tati sumus: Veruntamen ob temporis angustiam, & ne in Leges
Disputantium impingamus, longioribus hæc vice nobis esse non
licet. Quod superest

SOLI & SAPIENTI DEO
PATRI FILIO & SPIRITUI SANCTO
fit
LAUS HONOR ET GLORIA
IN
OMNEM ÆTERNITATEM!

K

Quæ præter intentionem irrepsere Errata
ita corrigi supplerique poterunt.

IN fin. proloquij, pro *Examine*, leg. *Examini*. *Aph.* 1. lin. 22. leg. *aut.*
Aph. 5. lin. 11. leg. *animantis*. *Aph.* 6. lin. 19. leg. *sepeliendi*. lin. 30. leg.
natura. *Aph.* 7. l. 14. leg. *quondam* *aph.* 10. lin. 24. leg. *delitescat*. *Aph.*
11. lin. 6. leg. *funeris* *Aph.* 16. lin. 30. leg. *placuit*. *Aph.* 17. pro *artia* leg.
atria. *Aph.* 30. lin. 21. leg. *multentur* & lin. 28. leg. *Excellentissimus*.
Aph. 32. paulò ante fin. leg. *consummata*. *Aph.* 47. lin. 23. pro *priori in*
factum. leg. *subsequenti* *aph.* L. *Aph.* 48. lin. 3. *impediri*. *Aph.* 62. lin. an-
tep. leg. *utilitatem*. *Aph.* 72. lin. 22. leg. *quosq;* & lin. 32. a *pari* *aph.* 75.
lin. 3. pro *ut ut*. leg. *ut* *aph.* 74. leg. *verosimile*.

Cœtera Benevolus Lector pro candore suo
facile emendabit.

00 A 6414


ULB Halle 3
002 928 094


12

1017







33 251

q̄ esse jubeat
T A T R I A S !

Autoritate

JCTORUM Ordinis

id Albim

GENSI,

NTE

atque Excellentissimo,

RO WACKEN,

ncialis, Scabinatus &

re, nec non Illustrissi-

Viduæ Anhaltinæ in

niliario,

ac Præceptore suo

lendo

NAUGURALEM

A M

L T U R Æ,

TROQUE JURE HONO-

DOCTORALIBUS

id d. Augusti,

meridianis

Examini sistit

A R D U S Hoyer /

estphalus.

R G Æ

/ ANNO MDC XLVIII.

VIII